{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Sánchez, Francisco (1550?-1623). Franciscus Sánchez,... Quod nihil scitur. 1581.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

FRANCISCVS

SANCHEZ

PHILOSOPHVS

ET MEDICVS

DOCTOR.

QVOD NIHIL SCITVR.

BIBLIOTHECA REGIA

LVGDVNI,

APVD ANT. GRYPHIVM.

M. D. LXXXI.

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

Nihil est hominum inopia perfacilius
falsis et fictis securitate incepti.

Quæst. Artificis.

INTEGERRIMO, DISERTISSIMOQVE VIRO IACOBO A CASTRO, FRANCISCVS SANCHEZ S. P.

CVM nuper librorum scrinium euoluerem, amicissime Iacobe, incidi fortè in opusculum hoc, quod ante septennium ediderам, cõdideramq; vsque in nonũ annum illius consilio: reperíque id adeò tineis & blattis laceratum, vt si biennium adhuc distulissem in lucem proferre, timendum erat, ne tunc potius in ignem, quàm in lucem mittere necesse fuisset. Id me coëgit illud præproperè abortare. sed quemadmodum humani partus non solùm qui nonum attigêre mensem, verùm & septimestres etiã vitales sunt, sic septenne hoc infectum superstes esse poterit. Est & alia ratio. Parturimus propediem nonnulla alia, quibus hoc præuium esse oportet. Quòd si tandiu expectandum foret donec nil corrigi, nil mutari posset, Sisyphi saxum volueremus, nusquam finis lambendi vrsi, nil daremus in vulgum vnquam. Adde quòd vsu sæpe venire videmus, vt qui multoties opus idem repetunt vt forment, tandem deformant. Exeat

igitur bonis auibus in campum, falſitatem expugnaturus miles. Quòd ſi ab hoſtibus premi contingat, moneo in caſtra, à Caſtro aunantiſſime, ſe recipiat tua: nullibi enim tutior eſſe poſſit. ſed ne forſan fores illi præcludas, non antcà cognito, cum tibi mitto cum mandatis, vt quamprimùm te ex nobis ſalutet, amicitiam noſtram confirmet, inſigníque tuo inſtructus in militiam prodeat. Excipe ergo eum læta fronte, & in numerum tuorum aſcribe, nóſque cum illo.

Vale, Toloſa.

* * *

FRANCISCVS SANCHEZ LECTORI S.

INNATVM homini velle ſcire: paucis conceſſum ſcire velle: pauciori-bus ſcire. Nec mihi ab aliis diuerſa fortuna ſucceſſit. A prima vita, Naturæ contemplationi addictus minutim omnia inquirebam. Et quãuis initio auidus animus ſciendi quocumque oblato cibo contentus eſſet vtcumque: poſt modicum tamen tempus indigeſtione præhenſus reuomere cœpit omnia. Quærebamq; iam tunc quid illi darem quod & perfectè amplecteretur, & frueretur abſolutè: nec erat qui deſiderium expleret meum. Euoluebam præteritorum dicta, tentabam præſentiũ corda: idem reſpondebant: quod tamen mihi ſatisfaceret, omnino nihil. Vmbras quaſdã fateor veritatis referebant aliqui: nullũ tamen inueni, qui quid de rebus iudicandum ſincerè, abſoluteque proferret. Ad me proinde memetipſum retuli; omniaq; in dubium reuocans, ac ſi à quopiam nil vnquam dictum, res ipſas examinare cœpi: qui verus eſt ſciendi modus. Reſoluebam vſque ad extrema principia. Inde initium contemplationis faciẽs, quò magis cogito magis dubito: nil perfectè complecti poſſum. Deſpero. Perſiſto tamen. Magis. Accedo ad Doctores auidè ab eis veritatem expetiturus. Quid ipſi? Quiſque ſibi ſcientiam conſtruit ex imaginationibus tũ alterius, tum propriis: ex his alias inferunt: & ex his iterũ alias; nil in rebus perpendentes, quouſque labyrinthum verborum abſque aliquo fundamento veritatis produxere: ex quo tandem non res intelligas naturales; ſed nouarum rerum, fictionumq; texturam diſcas: quibus intelligendis nulla ſufficiat mens. Quis enim quæ non

ſunt intelligat ? Hinc Democriti Atomi, Platonis Ideæ, Numeri Pythagoræ, Ariſtotelis Vniuerſalia, agens intellectus, & intelligentiæ. His ignaros expiſcantur, ſe incognita, Naturæq; recondita inueniſſe prodentes. Credunt hi, facileq; ad Ariſtotelem conuolant, voluunt, euoluunt, memoriæ mandant : iſq; doctior eſt, qui plura ex Ariſtotele nouit recitare. Quibus ſi vel minimum neges, muti fiunt : te tamen blaſphemum clamant. ſi contrà arguas, ſophiſtam. Quid his facias? Miſerum. Decipiantur qui decipi volunt. Non his ſcribo, nec proinde ſcripta legant mea. Non deerit tamen inter eos aliquis, qui lectis, nec intellectis, (quid enim aſino cum lyra?) dente ferire tentet. Aſt rumpitur impactus adamanto malleus : Aeſopicáque ſerpens, limam dum rodere putat, dentes frangit proprios. Cum iis igitur mihi res ſit, qui nullius addicti iurare in verba magiſtri, proprio marte res expendunt, ſenſu, rationéque ducti. Tu igitur quiſquis es eiuſdem mecũ conditionis, temperamentíque: quíque de rerum naturis ſæpiſſimè tecum dubitâſti, dubita modò mecum : ingenia noſtra, naturámque ſimul exerceamus. ſit mihi liberum iudicium, non irrationabile tamen. Tibi tale & concedo, & precor. At dices forſan, quid poſt tot, tantóſque viros tu nobis adferre potes noui ? Téne expectabat Veritas ? Minimè quidem. ſed nec illos expectauerat anteà. Nil igitur noui. ſi ſic, cur ſcripſit Ariſtoteles ? aut cur tacebimus nos ? An ille Naturæ poteſtatem determinauit totam, ambitúmque vniuerſum complexus eſt? Non crediderim. licet doctiſſimi quidam ex recentioribus ei nimis addicti ſic prædicent : cum inſuper vocantes Veritatis Dictatorem, Veritatis tribunal, Veritatis rempub. dignis ſanè tanto laudato, & tanto laudante epithetis: ſed quæ magis laudem ex alterius laudatione, & verborum ornatu affectare videantur, & mereantur ; quàm Veritatis rempub. In hac enim, vt & in eiuſdé tribunali, nil niſi Veritas. In illo autem quot ab hac alienæ? Sanè plurima, vt ſuo quoque loco videbimus. Et acutiſſimi iſti eius alumni & laudatores, in pluribus ei repugnarunt.

Scaliger.

gnarunt;ab eodem,credo, Veritatis tribunali compulsi: nisi malint ab ambitione,& liuore.Herculè Aristotelem inter acutissimos Naturæ scrutatores plurimùm valere iudico;vnúmque esse præcipuum ex mirabilibus humanæ infirmitatis ingeniis.Nullibi tamen errasse, non asserem:plurima ignorasse affirmo; in multis hæsitasse;non pauca confusè tradidisse; alia succinctè perstrinxisse; quædam tacitè præteriisse,aut fugisse,video.Homo erat, vt & nos: quíque coactus sæpe humanæ mentis torporem,infirmitatémque detegit.Nos eandem dolentes hîc & manifestamus, & exercemus, & exhaurimus; dum plurima cogitando elicimus, quæ vt veterum decretis abscedunt, sic ad Veritatis accedere videntur. Tale est iudicium nostrum. succedunt temporibus tempora, sic hominum diuersæ opiniones:quorum quisque se verum inuenisse credit: cùm ex mille varia opinantibus solus vnus inuenisse potest.Liceat igitur & mihi cum reliquis, aut etiam absque illis,idem inquirere: forsan attingam. Plures enim canes faciliùs prædam venantur vno. Nil itaque mirum tibi videatur,si post tot,vt arguis, tantósque viros tantillus ego lapidem hunc moueam: soluit enim quandoque à vinculis mus leonem. Nec proinde tamen Veritatem tibi omnino polliceor, vt qui eam, vt alia omnia, ignorem: inquiram tamen in quantum potero:tuq; vtcumque apertam,& è latebris excussam persequeris. Nec tamen eam arripere speres vnquam, aut sciens tenere:sufficiat tibi quod & mihi, eandem agitare.Hic mihi scopus, hic finis est:hunc tu quærere etiam debes.Quo posito,à principiis rerum exordium sumentes,grauiora Philosophiæ capita examinabimus, ex quibus faciliùs reliqua colligi possint. Nec enim in his inmorari in votis est omnino: ad Medicam quippe artem viam affectamus,cuius professores sumus: cuiusq; principia omnia Philosophicæ contemplationis sunt: vt eadem manu duos simul moueamus lapides: nec enim aliter vita sufficeret. Excusandus subinde venio,si dum Veritati inquirendæ studeo, minutiora quædam con-

tempſere. Non igitur à me comptum & poſitum expectes orationem. Darem quidem ſi vellem: ſed labitur interea veritas, dum verbum proverbo ſuponimus, ambagibuſque vtimur: hoc namque eſt verba dare. Si id vis, pete à Cicerone, cuius hoc munus eſt: ſat enim pulchrè dixero, ſi ſat verè. Decent bella verba Rhetores, Poëtas, aulicos, amatores, meretrices, lenones, adulatores, parasitos, & his ſimiles quibus belle loqui finis eſt. Scientiæ ſufficit propriè, imò neceſſarium eſt: quod tamen cum illo ſtare non poteſt. Nec à me poſtules multorum autoritates, aut in autores reuerentiam, quæ potiùs ſeruilis & indocti animi eſt, quàm liberi, & veritatem inquirentis. Solam ſequar rationem Naturam. Autoritas credere iubet; ratio demonſtrat: illa fidei; hæc ſcientiis aptior. Proinde quæ ab aliis rectè dicta videbuntur, ratione confirmabo: quæ falsò, eadem infirmabo. Faxítque Deus, vt quo ego animo hæc tibi vigilans elaboro, eodem tu elaborata excipias vigilans, ſanáque mente iudices: & quæ falſa videbuntur, firmis rationibus, (quod vt Philoſophi eſt, ſic mihi valde gratum) non infirmis iniuriis, (quod vt fœminarum, ſic Philoſopho indignum, & mihi omnino ingratum) quod cùm liuidi, tum ignari quidam faciunt, laceſſas: quæ verò ſana, approbes & confirmes. Quod vt fiet ſpero, ſic tu maiora prope diem expecta. Vale. Ex Toloſa, Kal. Ianu. Anno redemptionis. M. D. LXXVI.

QVID:

FRANCISCVS

SANCHEZ

PHILOSOPHVS ET MEDICVS DOCTOR.

***

QVOD NIHIL SCITVR.

NEC vnum hoc scio, me nihil scire: Coniector tamen nec me, nec alios. Hæc mihi vexillum propositio sit, hæc sequenda venit, Nihil scitur. Hanc si probare sciuero, meritò concludam, nil sciri: si nesciuero, hoc ipso melius: id enim asserebam. At dices: si probare scias, contrariū sequetur, aliquid enim scis iam. At ego cōtrà priùs concluſi, quàm tu argueres. Iam incipio turbare rem: Ex hoc ipso iam sequitur, nil sciri. Forsan non intellexisti, meq; ignarum aut cauillatorem vocas. Verum dixisti. Meliùs ego te, quia non intellexisti. Ignari igitur ambo. Iam ergo nesciens concluſisti quod quærebam. Si intellexisti ambiguitatem consequentiæ, apertè vidisti, nil sciri: Sin minùs, cogita, distingue, & mihi solue nodum. Acue ingenium. Persequor. A nomine rem ducamus. Mihi enim omnis nominalis definitio est, & ferè omnis quæstio. Explico. Rerum naturas cognoscere non possumus, ego saltem: Si dicas, te benè, non contendam, falsum tamen est: Cur enim tu potiùs? Et hinc nil scimus. Quòd si non cognoscamus,

Ambigua cōsequētia.

Omnis definitio nominalis est, & ferè omnis quæstio.

quo pacto demonstrabimus? Nullo. Tu tamen diffinitionem dicis esse quæ rei naturam demonstrat. Da mihi vnam. Non habes. Concludo ergo. Amplius, rei quam non cognoscimus quomodo nomina imponemus? Non video. Sunt tamen. Hinc circa nomina dubitatio perpetua, & multa in verbis confusio & fallacia: quin & in his omnibus quæ modò protuli forsan. Conclude tu. Dices definire te rem quæ est homo hac definitione, Animal rationale mortale, non verbum. Nego. Dubito enim rursus de verbo animal, & de rationale, & alio. Definies adhuc hæc per superiora genera & differentias, vt vocas, vsque ad Ens. Idem de singulis nominibus quæram. Tandem de vltimo Ente: nec enim scis quid significet. Non definies, quia non habet superius genus, dices. Non intelligo hoc. Nec tu. Nescis quid sit Ens. Minùs ego. Dices tamen in quæstionibus tandem quiescendum. Hoc non soluit dubium, nec explet mentem. Prodis coactus ignorantiam. Gaudeo: Et ego. Procedo. Vna res homo est, eam tamen pluribus insignis nominibus, Ente, substãtia, corpore, viuenti, animali, homine, & tandem Socrate. An non hæc verba sunt? sanè. Si idem significant, superflua: Si diuersa, non eadem res & vna homo. Plura dicis in eodem considero homine, quibus singulis propria attribuo nomina. Rem magis dubiam facis. Nec hominem intelligis totum, qui magnum quid est, crassum, & sensu perceptibile: & in tam minima diuidis, quæ sensum effugiunt certißimum omnium iudicem, ratione indagandæ fallaci & obscuræ! Malè agis, & decipis me, & magiste. Quæro, quid in homine vocas animal, viuens, corpus, substantia, Ens? Nescis vt anteà. Nec ego. Et id vole

Fuga Dialecticorum. Alia fuga.

volebam. Dicam tamen inferiùs. Dein peto, quid hoc nomen qualitas, significat? quid Natura? anima? vita? Dices, hoc. Negabo facilè: aliud enim. Proba. Recurrit ad Aristotelem. Ego ad Ciceronem, cuius munus est verborum significationes ostendere. Dices non tam propriè loquutum Ciceronem, nec tam exquisitè. Ego contrà contendam: hanc enim Cicero exercebat artem, non Aristot. Si amplius quæras, alios adferam Latinæ linguæ exultores, vel Græcæ: idem enim est. Nulla inter eos concordia, nulla certitudo, nulla stabilitas, nulli limites. Quisque ad libitum verba dilacerat, hinc inde distorquet, & proposito suo accommodat. Hinc tot tropi, tot figuræ, tot regulæ, tot mixtiones, quibus omnibus Grammatica constat. Quid autem Rhetorica & Poëtica non peruertunt? Quibus non abutuntur modis? Atque hi omnes loquacitatem tantùm exercent inutilem, sed ad libitum, soluteq́, vt dicunt. At Dialectica seu Logica eandem etiam, sed non eodem modo: verba enim in ordinem disponit, in aciem parat, prohibetq́ disparata pugnare, sed coniunctim: dat leges: coërcet, permittit, cogit. Denique illæ similes sunt eis qui turmas & castra effingunt in publicis ludis & spectaculis, in quibus plus decoris quàm roboris desideratur: Hæ contrà eis qui ad Martem seriò se comparant, quibus plus virium quàm pulchritudinis inesse conuenit. Omnibus autem verba milites sunt & obiectum. Cui horum credes magis? Dubium est. Quisque sibi credi vult. Nec hoc sufficit. Verborum significationes, magis aut omnino à vulgo pendere videntur, ab eoq́ proinde petendas esse: Quis enim nos loqui docuit nisi vulgus? Nam & hac ratione ferè omnes qui hactenus scripserunt,

Nulla in verbis constantia, certitudo, nec stabilitas.

Conuenientia differentiaq; Rhetorices, & Poëtices cum Logica.

Verborum significatio à vulgo pender.

pſerunt, ea quæ frequentius in hominum ore ſunt pro fundamẽto diſputationis ſumpſerit: vt ille, Tunc nos aliquid ſcire dicimur, cùm eius cauſas principiaq; cognoſcimus: Et alter, Sumendum verò & hîc omnium conſenſu approbatum principium, quòd omnes homines tunc ſe ſanos exiſtimant, cùm &c. In vulgo autem an aliqua certitudo & ſtabilitas? Nequicquam. Quomodo ergo in verbis quies vnquam erit? Iam non eſt quò fugias. Dices forſan quærendum eſſe, qua ſignificatione qui primùm impoſuit vſus fuerit. Quære igitur: non inuenies. ſed iam ſatis. An non planè de nomine omnis quæſtio? Mihi ſanè probaſſe videor. ſi neges, præcipuæ quæſtionis probationem confirmabis. Sed mox probabitur meliùs. Ergo quid ſcientiæ nomine intelligendum ſit videamus. Nam ſi hæc nulla ſit, nullus ſubinde a bea denominabitur ſciens. Quid Ariſtoteles? Hũc enim (vt qui acutiſſimus fuit Naturæ ſcrutator, quemq; vt plurimùm ſequitur Philoſophorũ maior turba) pro omnibus aliis examinaſſe ſufficiat: ne, ſi cõtra omnes pugnandum eſſet, in infinitum abiret opus, Naturamq; item aliorum more dimitteremus. Quid igitur ille? Scientia habitus per demonſtrationem acquiſitus. Non intelligo. Et hoc peſſimum. Obſcurum per obſcurius. ſic homines decipiunt. Quid habitus? Minùs ſcio quàm quid ſcientia. Minus tu. Dic, firma qualitas. Adhuc minus. Quò plus procedis minus promoues, quò plura verba maior confuſio. Detrudis me in lineam prædicamẽtalem, & inde ſemper ad Ens, quod neſcis quid ſit. At nonnè ad prædicamenta reducenda omnia? Sanè. Quid inde? in labyrinthum omnia ducenda. Quid Prædicamenta? Series verborum lõga. Mirum, quid dixi? Dico.

Ariſt. 1. Phyſ. & alibi paſſim. Gal. 1. de Differentiis verborum. 1.

In verbis nulla quies.

Ariſto. acutiſſimus Naturę ſcrutator.

Definitio ſcientiæ ex Ariſtot.

Confutatio eiuſdem definitionis.

Quo plura verba maior confuſio.

Prædicamẽtũ ſeries verborũ longa.

Verbo

Verborum alia communissima, Ens, verum, bonum, si velis: Alia minus communia, substantia, corpus: Alia propria, Socrates, Plato. Illa significāt omnia: Ista plura: Hæc vnum. Sequitur, quum dicunt, Socrates est homo, & hinc animal, &c. significari, hoc quod ostendo (Socratem intellige) sic vocari particulari nomine: Cum aliis autem figura similibus, communi nomine, hominem: Cum equo & reliquis quæ mouentur, dissimilis tamen sunt figuræ, animal: Communissimo cū rebus omnibus, Ens. De reliquis Prædicamentis idem. Non sufficit id. simplicibus verbis non contenti, vt rem difficiliorem efficiant, communibus vtuntur apposita differentia aliqua: vt pro homine, Animal rationale mortale: quorum quodlibet primo difficilius est. Vbi enim multitudo ibi confusio, & quò ampliora verba eò confusa & obscura magis. Hoc minimum. Super hæc mira construunt. De verborum hac serie (Prædicamenta vocant) plura disputant, de ordine, de numero, de capite, de differentia, de proprietatibus, de reductione omnium rerum ad illa, hæc reducunt ad rectam lineam, illa ad latus: Hæc per se, illa ratione sui contrarij: Hæc communia sunt duobus, illa malè reducuntur ad illud: Hæc non habent ad quod reducantur. Ergo vel si sit cælum, si non obtinuit locum in prædicamento, iam nihil est. Quid dicam? In infinitas hinc trahuntur nugas. Ampliùs adhuc verborum verba confingentes, omnino se, miserósque audientes in profundum ineptumq; Chaos proualuunt. His tota plena Aristotel. Logica, multoq; magis quas post eum conscripsere recentiores, Dialecticæ. Communiora enim nomina vocant genera, alia species; Differentias, Propria, Indiuidua.

Verborum diuisio.

Definitio difficilior definito, & quid illa.

Friuolæ Logicorum quæstiones.

Dialecticæ recentiorū nugis plenæ.

Vniuerſale fictio Ideis nō diſſimilis

Intellectus agens noua res.

Prædicabilia ſunt ſimplices termini.

Futiles diſputationes Logicorū.

Dilectici nouas res fingunt.

Si quæras, quid hoc. Commune quid abſtractum per intellectum. Ariſtotelis fictio Ideis non diſſimilis. De abſtractione ſtatim. De intellectu agente (noua res) abſtrahente aut illuminante, (potiùs obſcurante) & de intelligente, vnde conſurgit vniuerſale quod eſt animal. Eò rem ducunt, vt aſinus ſignificem mentem iſtorum Logicorum, quæ non niſi communem aſinum comprehendere poteſt, imò eum formare: quum tamen quilibet eorū particularis aſinus ſit. Quid dices? An non hæc verba & ſtultitiæ? Verum quidem. Atque hoc de ſimplicibus tantùm terminis, Prædicabilia vocant. De quibus adhuc quot, quæ, quid? Nihil, nugæ. Iterum vocant hæc æquiuoca, illa vniuoca, analoga, denominatiua, terminos, voces, verba, dictiones, ſimplices, compoſitas: complexas, incomplexas: mentales, vocales, ſcriptas: à placito, à Natura: primæ intentionis, ſecundæ intentionis: categorematicas, ſyncategorematicas: vagas, confuſas: innumeráſque alias nominum denominationes, rurſuſq; harum alias: & circa harum quamlibet ſubtiles admodum diſputationes formant, adeo ſanè ſubtiles, vt vel minimo ictu in nihilum impellas. An tu hoc ſcire vocas? Ego neſcire. At nunc incipimus. ſi verbum verbo iungas, hoc opus hic labor eſt: ſubiectum, prædicatum, copulam, propoſitionem, definitionem, diuiſionē, argumentationémque conſtituunt. Horum rurſus infinitas alias ſpecies, differentias, conditiones. Quid dicā? Dum mentem ſcientia perfici aiunt, amentes omnino fiunt: qui rerum Naturas & cauſas inueſtigare deberent & prædicant, nouas fingunt: quique plura & obſcuriora fingit, doctor ille: vnde & de ſophiſmatis etiā

ſcien

fcientiam ſcripſit ille. ſic fictio fictionem ſoluit, & clauus clauum pellit: ſimilésque mihi videntur iis qui Necromantiæ, incantationibúſque operam dant, quorum qui verſutior eſt, vt aiunt, alterius actiones conatúſque eludit, irritos facit, ſoluit, impeditque. Quod impij quidam olim Diuino Moſi obiecerunt de ſerpente, qui magorum alios deuorauit. Sic noſtri hi incantatores verbis confiſi, nil ſcientes, plura tamen ſe ſcire produnt, ne inſcitiæ arguantur. Ego contrà inſcitiam libenter confiteor meam, libentiúſque ſuam detego. Nil ſcio. Minus illi. Quid igitur obſcuris verbis mentes nobis obliniũt? Hæc de habitu. Iã quid illud eſt Demonſtratio? Diffinies iterũ, Syllogiſmus ſcientiã pariens. Circulum comiſiſti, méque proinde & te decepiſti. Sed quid Syllogiſmus? Mirum, arrige aures, extende phantaſiam: nec enim tot verba capiet forſan. Quàm ſubtilis, quàm longa, quàm difficilis Syllogiſmorum ſcientia. Sanè futilis, longa, difficilis, nulla Syllogiſmorum ſcientia. Ah blaſphemaui. Verum, quia verum dixi. Iam lapidibus dignus ſum. Tu contrà fuſtibus, quia decipis. Ignorantia enim meretur vtcumque veniam, fallacia ſupplicium. Audi, proba hominem eſſe ens. ſic dicis, Homo ſubſtantia eſt: hæc ens: ergo homo ens. De primo dubito & ſecundo. Probas, homo corpus eſt: hoc ſubſtantia: ergo homo ſubſtantia. Iterum de ambobus. Dicis, homo viuens: hoc corpus: ergo homo corpus. Et de iſtis. ſic, homo animal: hoc viuens: ergo homo viuens. Summe Deus quæ ſeries, quæ farrago, vt probes hominem eſſe ens! Obſcurior probatio quæſito. Adhuc nego hominem animal eſſe. Quid dices? Nõ ſunt plura genera. Quò fugies?

Ariſt. Elẽnchi. Dialectici ſimiles ſunt Necromanticis.

Exod. 7.

Futilis ſyllogiſmorum ſcientia.

Ignorantia veniã meretur, fallacia ſupplicium.

Ineptꝰ Dialecticorum probandi modus.

Ad

Ad definitionem animalis, quæ eſt, viuens mobile & ſenſile: Talis homo. Vtrumque nego: ſequere. Viuens eſt corpus quod nutritur: tale animal: ergo. Hæc proba. Corpus eſt ſubſtantia tribus dimenſionibus conſtans: Viuens tale eſt: ergo. Vtrumque falſum. Subſtantia eſt ens per ſe: quale corpus eſt: ergo. Et hæc quoque probari velim. Non potes amplius. Quid ens tandem eſt? Neſcis vt antea. Quid his Syllogiſmis perfeciſti? Non probaſti hominem eſſe ens, quod petiueram primùm: imò per lineã tuam tum deſcendens, tum aſcendens, vt altum illud Ens mihi appropriares, tibi maximum periculum, mihi metum peperiſti, ne cadens totus comminuereris, méque ſi ſubtus comprehendiſſes, idem: remq; tandem ita dubiam vt antè erat, aut fortè magis dereliquiſti. Atqui primas ſolùm propoſitiones probare tibi ſemper videbaris, ſecundas ne attigiſti quidem. Quòd ſi primas probaſſes, & ad ſecundas deueniſſemus: in his magis turbareris. Quid igitur decipis me tuis iſtis verborum concatenationibus? Faciliùs ego. Ens ſignificat omnia, hominem, equum, & aſinum &c. ergo homo eſt ens: equus & aſinus. Si primum neges, non probabo: nam neſcirem. Proba tu mihi, ſi ſcis. Neque tu quoque. Nil igitur ſcimus. Redeo ad ſyllogiſmos, quorum ſubtiliſſima ſcientia tota corruit. Dixi iam ſuprà: nomina alia communiſſima, vt Ens, verum: Alia minus, ſubſtantia, qualitas: Alia particularia, Plato, Mithridates. Intermedia plurima, quæ nec tot vt illa, nec tam pauca vt hæc ſignificant: corpus, viuens, animal. Hinc facile eſt quærenti, an homo ſubſtantia ſit? ſic oſtendere vno verbo. Subſtantia ſignificat omnia quæ per ſe ſunt, vnde

Facilis, veráque quæſiti probatio.

Syllogiſmorum ſciẽtia corruit.

vnde & hominem, & lapidem, & lignum: ergo homo substantia est. At ipsi ambages quærentes, ne in contemptum veniat eorum scientia, si facilis sit, difficilem & taboriosam verborum inuolucro efficiunt: demonstrasse se, & scientificè probasse iactantes, hominem esse substantiam, sic in Barbara, inexpugnabili castello: Omne animal est substantia. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est substantia. Verum dixisti, sed inscienter, & obscuriùs quàm poterat stiens. Idem enim est ac si diceres, substantiam significare tam viuentia, quàm non viuentia: & viuentia significare hominem & cerasum: ergo à primo ad vltimum, significare substantiam hominem. At per tot intermedios gradus confunditur mens, imò subinde magis dubitat de singulis intermediis. Nónne hoc illud est quod dixerat alibi idem,

Dialectico-rũ fallacia.

» *Quod de prædicato dicitur, idem de subiecto dici? hæc autem nominum passiones sunt: sicut & illud, Quod*
» *est multis modis dicitur: si nomen hominis vnum significat: principium aliud dicitur: causa autem vno modo dicitur: natura dicitur vno modo: necessarium dicitur. Denique quidquid est in illius Methaph: reliquisque operibus, nominum definitio est. Vnde de nomine omnis quæstio ferè est: an substantia de homine dicatur, & sic de aliis. Quod cùm scire nullus certò possit, nec rerum nec verborum scientia aliqua est. Dic, denuò verba imponamus. Permitto. Sciemus ergo iam verbum hoc, hoc significare. Falsum: nescis quid sit verbum, nescis quid sit hoc, nescis quid sit significare: ergo nescis verbum hoc hoc significare. Probo sequi: nam ignoratis partibus ignoratur totum. At tu mecum par-*

Arist. in antepredicam.

Arist. per totam Physic. & Metaphy.

Ferè omnia quę in Arist. operibus cõtinentur, nominũ definitiones sunt.

tes, & totum: ergo nihil ſcimus. Quare ergo ignarum me & te, tu idem ignarus, verborum ignorantia maxima, ſubtilem tamen ſcientiam voca, obſcuráque ſarragine, maiori ignorantia cumulas? Vt gnarus appaream, dices. At contrarium euenit: dum enim falſa ridiculáque canis, ſcire te tamen multa prædicas, ego ignarum omnino coniector, qui neſcias te nihil ſcire. Quòd ſi ſcias, deceptorem mendacémque, qui prodas te multa ſcire. Hoc enim vnum ſemper maximè ab aliquo expetiui, quod modò facio, vt verè diceret an aliquid perfectè ſciret: nuſquam tamen inueni, præterquam in ſapienti illo, probóque viro Socrate, (licet & Pyrrhonij, Academici, & Sceptici vocati, cum Fauorino id etiam aſſererent) qui Hoc vnum ſciebat, quòd nihil ſciebat. Quo ſolo dicto mihi doctiſſimus iudicatur: quãquam nec adhuc omnino mihi explêrit mentem: cùm & illud vnum, ſicut alia, ignoraret. Sed vt magis aſſereret ſe nil ſcire, illud vnum ſe ſcire dixit: qui proinde quum nihil ſciret, nihil nobis ſcribere voluit. Idipſum ſæpè in mentem venit mihi. Quid enim dicam quod falſitatis ſuſpectum non ſit? Mihi enim humana omnia ſuſpecta ſunt, & hæc ipſa quæ ſcribo modò. Non tacebo tamen: ſaltèm hæc liberè proferam, me nihil ſcire: ne tu in vanum labores veritatem inquirendo, ſperans eam aliquando apertè tenere poſſe. Quòd ſi deinceps aliquid cum reliquis exagitabo eorum quæ in Natura ſunt, hoc ſuppoſito, crede ſi velis, non tamen curo. Vanitas enim omnia, dicebat ſapientiſſimus ille Salomon, omnium doctiſſimus quos nobis ſuperius memoria dedit ſæculum: quod apertè demonſtrant eius opera,

Dialectici vt docti appareant & de verbis cõmentantur.

Socrates doctiſſimus. Vide Gal. lib. de optimo docen. gen. & Diog. Laër. lib. 9. & Plutarch. contra Colotem.

Socrat. cur nil ſcripſerit.

Omnia mihi ſuſpecta.

Salomon doctiſſimus omniũ. quorum opera ad nos pervenere.

opera, inter quæ primas tenet aureus ille libellus, Ecclesiastes, aut Concionator dictus. Sed redeamus ad scientiam. Quid mouerit Aristotelem tot tantáque de verborum contextura disserere: quid Vniuersalia illa fingere: & an sine his omnibus scire aliquid possimus, ostendam inferiùs vbi de modo sciendi. Interim ex eodem nulla scientia est. Vide: scientia per demonstrationem habetur. Quid hæc? Somnium Aristotelis, non dissimile Platonis reipub. Ciceronis oratori, Horatij poëtæ. Nulla, nullibi. Depinxit quidem ille sat prolixo sermone: at nullam vnquam dedit, nec post eum aliquis. sin minus, da tu, mitte mihi. Non habes, scio. sed nec syllogismum alium formauit vsquam, nisi cùm eos struere docuit: túncque non ex significantibus terminis, sed ex elementis A, B, C, idque difficulter adhuc. Quòd si significantibus vsus fuisset, nunquam peregisset opus. Ad quid ergo deseruiunt hi? Quid in his docẽdis tantum laborauit? Quid post eum tantùm laborant adhuc reliqui? In scribendo non vtimur his, nec ipse. Nulla his vnquam parta scientia, imò deperditæ multæ, turbatæq; sunt horum causa. In arguendo, & inter disputandum, simplici contenti consequentia, minus adhuc illis vtimur: aliàs enim nunquam disputatio finem haberet, sempérque de reducendo syllogismo in modum, in figuram, conuertendo, infinitisque aliis tricis certandum esset: imò & stulti quidam hodie id agunt, negantq; quidquid in modo & figura situm non est: tanta horum est stupiditas, scientiæq; huius syllogisticæ arguties. vtilitásque, vt rebus in totum ablitis, ad vmbras se conuertant. Vnde subit mirari acutum aliàs Auerroum,

De modo sciẽdi libri expecta.

Ex Arist. nil scitur.

Demonstratio somniũ Arist.

Demonstratio nulla dari potest.

Syllogismis nulla acquisita scientia, multæ verò turbatæ.

Stultitia eorum qui ea quæ in modo & figura sunt argumẽta negãt.

Auerro. frustra Aristot. opera ad syllogismos reducere cōatur.

postq; eum plurimos, quæ Aristot. laxo dixit sermone, inutili, tantóque labore in syllogismos reducere conatum, eosq; infallibiles, certissimos & demonstratiuos esse vbique ostendere voluisse, cùm nihil minus sit, vt posteà ostendemus. Contrà verò non mirum est Augustinum Christianæ Ecclesiæ splendissimam facem omnes alias scientias suo marte sine præceptore didicisse, præter hanc syllogisticam. Aliæ enim in rebus fundantur, hæc verò figmentum subtile est, nulliúsque vsus, imò plurimi nocumenti: vt quæ homines à rerum contemplatione reuocet, in seque detineat, quod melius in discursu operum nostrorum videbis. Hoc verò multùm differt ab eo quod isti dicunt, modum scilicet sciendi esse, principiúmque sine quo scientia non sit. Qui verum quidem, sed inscienter dicunt. Eorum enim scientia hæc est, nil aliud sciunt quàm syllogismū ex nihilo struere, scilicet ex A, B, C: si autem ex aliquo instruēdus esset, obmutescerent, vt qui nec minimam intelligant propositionem. sed iterum ad nos. Quid ergo? qui docet domum struere, ipse nec struxit vnquam, nec scit, nec eius discipuli? cur credam sic struendam? Quòd si nulla demonstratio, nulla ergo scientia. Quin & illud falsum, Demonstratio habitum scientificum parit. Nam ab ignaro, apto tamen scire, scientia prodit, solùm ostendente demonstratione rem sciendam: hoc enim vel verbum ipsum demonstrationis ostendit. Quinimo nec minimam vnquam rem, aut propositionem intellexi ego ab Aristot. aliísque: sed illorum dictis commotus ad quamlibet rem contemplandam me accinxi, illorúmque contradictionibus & difficultatibus perspectis, ne

Syllogistica doctrina subtile inuentum, nociuúmque figmentum.

Falsum est Demōstratione scientiam parere.

Scientiam parit & concipit idē intellectus, Demonstratio hunc solùm excitat.

ne ego iisdem inuoluerer, iis dimissis ad res confugi, inde iudicium petiturus: idque mihi fuit Aristot. quod Timotheum reliquis cantoribus fuisse idem Aristot. ait: quòd scilicet nisi talis extitisset Aristot. Plato, & alij, forsan non ego talis extitissem. Vnde quam stulti sint qui ab authoribus totam, solámque scientiam quærunt nil in rebus considerantes, facilè est videre. Non ergo qui mihi rem aliquam videndam digito indicarit, visionem in me parit, sed potentiam visiuam excitat, vt in actum reducatur. Vnde & illud mihi stultum admodum videtur quod quidam astruunt, Demonstrationē ex æternis & inuiolabilibus necessariò concludere & cogere: cùm forsan talia nulla sint, aut si quæ sint, nobis omnino incognita vt talia sunt, qui tum maximè corruptibiles, paruóque admodum tempore violabiles multum simus. Quare contrà vera scientia, si quæ esset, libera esset, & à libera mente: quæ si ex se non percipiat rem ipsam, nullis coacta Demonstrationibus percipiet. Cogunt hæ proinde ignaros, quibus sola fides sufficit. Cur igitur ex Aristot. plures hinc inde ignare colligis propositiones, ex quibus tandem syllogismum Barbarum construis, qui nec earum vnam intelligas? Consulerem tibi melius, mitte Philosophiam, ad eam enim omnino ineptus es: at optimus fores architectus, aut sutor, aut si velis cerdo, qui ligna, lapides, pannos, & coria in figuram, non Barbaram vt tu, sed politam componunt, non quærentes quid lignum, lapis, pannus, aut corium sit, sed quomodo ex his domum, vestem, aut calceos Cæsari effingant, quemadmodum tu Cæsarea vtens potestate labirynthum struis, quo & te & miseros

Met. sp. 2.

Ineptè agũt qui solùm ab authoribus scientiã petunt.

Stultum est asserere Demonstrationẽ ex æternis necessariò concludere.

Vera scientia libera est, & à libera mẽte.

Syllogistici recentiores melius cerdones essent.

Syllogysmꝰ in Cæsare & aliis, labirynthus.

tibi ſimiles illaquees, quibus deeſt rationis filum. ſed nec tu aliquid ſcis: alios tamen docere prædicas: Nec ego, tibi tamen illud perſuadere conor. Vnde cùm tu illa neſcias, nec hoc poteris percipere: Nec ego, cùm omnia neſciam, tibi hoc demõſtrare. Igitur nil ſcimus. Id adhuc oſtendo. Inſequor definitionem ſcientiæ. Habitum explicant multorum concluſionum congeriem. Mirum quomodo res omnino dimittentes ſemper ad figmenta ſua reuertantur, ſimiles catæ Aeſopicæ in virginem mutatæ, quæ tamen poſt mutatam formam etiamnum mures inſectabatur. Verum quidem his ſcientia talis eſt: nil enim aliud ſciunt præter multas concluſiones, res nullas. Quis vnquam viſionem per ſpecierũ congeriem definiuit? ſcientia autem nil aliud eſt, quàm interna viſio. Quòd ſi ſcientia concluſionum congeries eſt, liber hic ſcientiam multam habet. Proteruus es: dices fortaſſe habere ſcientiam ſcriptam, iuxta illud, quod alius eſt terminus vocalis, alius ſcriptus, alius mentalis. Non intelligo. Concedo tamen. Quid ſequitur? Nec te, nec me aliquid ſcire. Probat id Aeſopus, qui inter Grammaticum & Rhetorem conſeruos venalis poſitus, vltimus interrogatus quid ſciret, reſpondit, Nihil. Quomodo hoc? Quia inquit, Grammaticus & Rhetor nil mihi ſciendum reliquerunt: (hi enim anteà interrogati quid ſcirent, reſponderant, omnia) ſic nunc liber hic multa ſcit per te, alius item plura, & omnes alij ſimiliter: ergo nil nobis relinquitur ſciendum. Pergo. ſi dixiſſent, plurium rerum congeriem in mente, fortaſſe melius: non tamen omnino verum. Vnius enim rei ſolùm ſcientia eſſe poteſt. Imò vnius cuiuſque rei per ſe ſolùm eſt ſcientia,

Peſſimè habẽ multarum concluſionũ congeriem Logici dicunt.

Logici nil ſciũt præter multas concluſiones.

Scientia eſt interna viſio.

Vniuſcuiuſque rei per ſe ſcientia eſt.

nec

*nec plurium ſimul: quemadmodum & vnius ſolùm cuiuſque obiecti viſio vna: nec enim duo ſimul licet perfectè reſpicere, ſic nec duo ſimul perfectè intelligere, ſed aliud poſt aliud. Vnde & illud, Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Quemadmodum autem omnes homines ſpecie, aut melius, nomine ſunt vnus homo, ſic viſio vna dicitur, etiamſi plurium rerum ſit, & plures numero viſiones: ſic Philoſophia vna ſcientia dicitur, etiamſi plurium rerum contemplatio, quarum cuilibet propria contemplatio, & ſcientia cuiuslibet poſt contemplationem vna eſt. * Nec id etiam verum eſt, multarum rerum cumulum in mente ſcientiam eſſe: quod quidam ineptè cogitant, eos doctos proferentes qui plura viderint, audierint, recitaréque ſubinde poſſint, tum in eadem ſcientia, tum in diuerſis. Quum potius qui omnia amplecti vult, omnia perdit. ſufficit enim * vna ſcientia toti orbi, nec tamen totus hic ei ſufficit. Mihi vel minima mundi res totius vitæ contemplationi ſat ſupérque eſt, nec tamen tandem eam ſpero me noſſe poſſe. Quomodo igitur tot ſcire vnus homo valeat? Imò, crede mihi, multi ſunt vocati, pauci verò electi. in te ipſo experire, rem aliquam contemplare, vermem ſi velis, eius animam: Nil captare poſſis. * Fatcor quidem hæc in mente neceſſariò eſſe debere, vt quis ea ſciat: non tamen id ſcientia eſt, ſed memoria: quemadmodum nec congeries ſpecierum in oculo viſio eſt, (ſi ita viſio fiat) quamuis hæc ſine illis fieri non poſſit. Videmus namque eos qui aliquid fixè imaginantur, quicquid ſe ſenſibus offerat, nil tamen ſentire, quamuis tunc & oculis & auribus ſpectra imprimantur. Hac eadem ratione illi*

Quomodo Philoſophia vna ſcientia dicatur.

* Scientia nõ eſt multarũ rerũ cumul⁹ in mente.

Nõ qui plura memoria tenet doct⁹ eſt, ſed qui intelligit.

* Vna ſcientia toti ſufficit orbi, totus hic non illi ſatis.

Omnia incõprehenſibilia dicebant Academici, Pyrrhonici, Xenophanes, vide Laërt. lib 9. Plutarch. in Lucullo. & contra Colotem.

* Quæ ſciri debent, in mente eſſe debent per ſpeciem talem.

Viſio nõ eſt congeries ſpecierum in oculo.

Falsa opinio, Omnia in omnib⁹, vnde origi-nem duxit.

illi omnia in omnibus esse asserebant. Quomodo enim, dicunt, cognoscemus ea quæ extranos sunt? ergo in nobis omnia erant, euoluendo tamen inuenimus, & hoc scire. At falluntur nimiùm. Primò quòd asserant in nobis asinum esse, (forsan in illis est) leonem, & reliqua. Quî enim id fieri potest, vt ego sim in leone, & leo in me? Chymeram fingis. Atque ô vtinam probarent nos aliquid scire: tunc enim concederemus illis consequentiam: scilicet, Nil sciri potest quin sit in nobis. Omnia sciuntur. ergo omnia sunt in nobis. Nunc autem maior dubia est: falsa minor. Quomodo ergo concludes? Deinde malè arguunt, si sufficere putant, vt sciamus, ea quæ sciuntur in nobis esse. Quamuis enim id forsan conduceret, si fieri posset, non tamen inde colligitur in nobis omnia esse, imò contrarium: cùm sanè in nobis corpus, anima, intellectus, facultates, imagines, pluráque alia sint, quæ tamen neutiquam perfectè cognoscimus. sed hanc quæstionem, an scilicet omnia in nobis sint, in libris Naturæ ex professo tractabimus: nunc sufficiat tetigisse quæ ad propositam tractationem conducunt. Non igitur in nobis existentes vel res, vel rerum imagines scientiam efficiunt, aut scientia sunt: sed memoria ab his impletur, quas inde mens contemplatur. Hinc etiam iam illud efficio, peßimè scientiam habitum vocari. Hîc enim qualitas est difficulter mobilis: scientia qualitas non est: nisi visionem qualitatem dicere velis: potiùs mentis actio simplex, quæ vel primo intuitu perfecta esse potest, nec amplius manet quàm à mente fit: quemadmodum nec visio. Cuius contemplationis cognitionisque, quæ à mente fit, imago memoriæ mandata

Confutatio eiusdem.

Non sufficit ad sciendum vt scienda in nobis sint

Plura in nobis sunt quę non cognoscimus.

Malè scientia habitus dicitur.

Scientia mentis actio simplex.

in

in ea retinetur: quæ si bene fixa sit, habitus dicetur: sin minus, dispositio. Hæc verò memoriæ tunc propria erunt, non scientiæ. si retulerit posteà, memorari dicetur scita, non scire: nisi cùm illa contemplatur: quemadmodum qui visa recitat, non videt. Multa tamen scire dicitur, qui sic scita memoria tenet, quòd ea omnia & sciverit anteà, & scire possit cùm volet: nã vel minimo ictu ea respiciendo intelligit: quia iam anteà intellexit. Vnde liquet habitum plurium rerum in memoria non dici scientiam, nisi eadem anteà ab intellectu fuerint cognitæ. Sed & alius scire nostrum (mirum) nil aliud esse quàm recordari dicebat: Animam scilicet nostram ante nos omnia scire, in nobis omnia obliuisci, dum in corpus mergitur, paulóque pòst quasi ab occasu expergefactam reminisci. Sed parat aliàs doctissimus vir, leue admodum figmentum, hoc est, nec experientia, nec ratione confirmatum: sicuti & plurima alia quæ de anima somniauit, vt in tractatu de Anima ostendemus. Hunc autem errorem Aristot. sæpe confutauit. Cuius rationibus relictis, vt quæ à quolibet legi in eo possunt, nos quod ad rem nostram attinet eundem examinemus. Si dixisset ille se, vidisse animam suam antequam immergeretur in corpus suum omnia scientem, forsan credidissem: tùncque non homo, sed larua, aut phantasma esset: Sanè quæ ante me fuerint nescio: quod video vix credo: quomodo ergo somnia tua credam? Dic, Aut antequam anima ingrederetur corpus, sciebat, aut non. Non dices hoc. Tunc, Aut scientia illa animæ recordatio solùm erat, aut non. si erat: ergo ab alia anima quæ in ea erat, quæ antequam in ea esset sciebat

Memoriæ mandata habitum efficiunt, si fixè hæreant.

Quomodo quis multa narrãs, multa scire dicatur.

Plato in Menone, Scire nostrum recordari esse dicebat.

1. Posterio. & in Metaphysicis, & lib. de Anima.

Confutatio sententiæ Plato. de scientia.

omnia. Et de hac iterum, scire suum recordariné est? In infinitum te duco. si non per aliam recordatur animam, sed per seipsam. ergo oblita fuerat anteà. Quare? Et si oblita fuerat, antequam hoc accideret, an scire suũ recordari adhuc erat? Iterum in infinitum. Si scire animæ non erat recordari, eadem immersa in corpus an amittit scire illud? si non amittit, ergo scit vt anteà. At anteà per te scire suum non erat recordari. Quòd si per immersionem in corpus, vt dicis, quasi noui domicilij commercio attonita per tempus maneat sui immemor, recordabitur quidem posteà eorum quæ oblita fuerat, non tamen sciet denuo: quemadmodum & nos eorum quæ anteà sciebamus obliti, tandem recordamur: non tamen hæc recordatio scire est. Si verò amittit, non posteà recordabitur. Eorum enim recordamur quæ in memoria quidem aut imaginatione adhuc sunt, non tamẽ cogitationi sese offerunt: vnde occasione aliqua excitata aut similis rei, aut alterius per consequentias in phantasiam exeunt, cum recordatione tamen, quòd anteà ibidem essent. Quòd si omnino erasa fuissent, non recordatio esset, sed noua impressio: quemadmodum iis accidit, qui ob morbum vel nominis proprij obliuionem incurrunt perfectam: quos posteà si discere contingat, non dices recordari: omnimoda enim contrà obliuione teneri vel ipsum vulgus dicit, subindéque denuo ac si pueri essent instruendos: ipsíq; negant se vnquam anteà illa quæ docentur sciuisse. Non igitur scire recordari est. Prætereà quoties recordamur, dicimus, hoc sanè anteà oblitus fueram, memini enim nunc sic, aut sic actum fuisse. Quòd si id anima contingeret vt recordaretur solùm,

Vide Galẽ. lib. de diffe. symptoma. & 2. de caus. symptoma. ex Thucididis testimonio. & Plini. lib. 7. c. 24. & Valeri.

solùm, diceret etiam puer cùm doceretur, & ego hæc sciebam anteà, nunc memini. Quis autem hoc dicit? Item si anima antequam in corpus demersa esset sciebat, posteà eadem sciet, non homo. Dicere autem animam scire an non ineptum? Denique rem dilucidiorem efficiamus, de nomine enim quæstio est. Aut scire & recordari idem significant, aut non. Idem non. Cur enim vno pro alio indifferenter non vtimur? Quin & canes etiam recordari non dubito: vnum enim non dudum percussi de industria, qui quoties posteà me videt adlatrat mihi, ictuum sanè memor. At canes scire quis dicet? Forsan non vis recordari canes propter Aristot. At de hoc posteà. Recordantur saltem fœminæ & pueri, nihil tamen sciunt. Imò recordamur quidem omnes, nil tamen scimus. Quòd si idem non significant, cur pro eodem sumpsit? si aliquod eorum superius est ad aliud, cur non aliquam adiecit differentiam, quæ illud restringeret? Homo enim animal est, sed non solùm, quia etiam equus: quare huic quadrupes addimus, illi biges. Non igitur significant idem: ergo diuersæ res sunt scire & memorari. De hoc nil nunc. ad aliud. Quid adhuc scire est? Rem per causas cognoscere, aiunt. Nec adhuc omnino benè: obscura definitio. sequitur enim statim quæstio de Causis difficilior prima. An omnes causas oportet cognoscere ad cognoscendam rem? Efficientem minimè: quid enim ad mei cognitionem confert pater meus? Quid etiam finis? Deinde, si causatum perfectè cognoscere velis, & causas etiam perfectè cognoscas oportet. Quid sequitur? nil sciri, si efficientis, & finalis causæ perfectam cognitionem habere velis. Ostendo. Ad cognitionem mei perfectam

Ineptī dicere animā scire.

Lib. de Memor. & reminisc.

Arist. 1. Posterio 1. Physico 2. Metaph. & passim alibi: & post cum omnes.

Huius definitionis impugnatio.

patrem meum perfectè cognoscere oportet: ad hunc cognoscendum patrem eius anteà cognoscas necesse est: post hanc alium, & in infinitum. De aliis rebus item. De finali idem. Dices te non considerare particularia, quæ sub scientiam non cadunt, sed vniuersalia, hominem, equum &c. Verum quidem, & id anteà dicebam: scientia tua non est de vero homine, sed de eo, quem tu tibi fingis: proinde nil scis. Esto, considera tuum illum fictum hominem: non illum scies, nisi eius causas cognoueris. An non efficientem habet? non negabis. Hanc iterum si scire velis, eius efficientem cogita. Non finem facies, nec proinde scies quid tuus ille homo sit: nec quid verius esset sciebas: ergo nil scis. Forsan recurres ad Deum opt. max. primam omnium causam, omniumque finem vltimum: ibique standum dices, nec in infinitum eundum. De hoc posteà. sed nunc volo. Quid inde? Nil scis. Fugis infinitum, & incidis in infinitum, immensum, incomprehensibile, indicibile, inintelligibile. An hîc sciri potest? Minimè. At omnium causa est per te. Ergo ad effectuum cognitionem eius cognitio necessaria est ex definitione tua. Ergo nil scis. Si efficientem, & finalem ad rei cognitionem non arbitraris necessarias, cur non distinxisti in definitione tua? ego enim omnes intelligebam: cùm absolutè protulisti, Rem per causas cognoscere. Sed & alibi ille omnes comprehẽdit & numerat, efficientem, materialem, formalem, & finalem, cùm dixerit, tunc rem nos cognoscere putare, cùm eius primam causam tenemus. At do tibi (quamuis dari nec debeat, nec licitè possit) efficientem & finalem non necessarias esse. supersunt duæ, materialis, & formalis, quas credo intelligis

Arist. 1. Metaph. 3.

cogno

cognoſcendas eſſe. ſed iſtud minus. Si formam ſcire velis, per cauſas ipſius ſcias oportet, ex definitione tua. Non per efficientem & finalem, vt antea. Ergo per materiam & formalem. At non habet. Non igitur ſcies. Quòd ſi hanc non ſcias, nec id cuius forma eſt ſcies: ignoratis enim partibus, ignoratur totum. De materia idem dicam, quæ adhuc ſimplicior eſt, minúsque Ens, & cuius forſan nulla eſt cauſa, ſaltem efficiens, materialis, & formalis ſecundum Ariſtot. De finali enim dubitari poſſit. Quid dicis? ſufficit quæcumque cauſarum cognitio ad rei ſcientiam habendam, licet non ſit perfecta. Fabulæ ſunt. Impoſſibile eſt totum perfectè cognoſcere, quin partes perfectè cognoſcas. Quòd ſi id etiã dederim: quæro an formæ & materiæ ſcientia haberi poſſit? Concedes, vt qui omnia ſcire te profitearis. Iterum, an per cauſas? ſi non: ergo definitio tua nulla. ſi ſic: de illis cauſis repeto an ſciri poſſint? Non minùs quàm illa, imò magis: ſimpliciora enim per te notiora natura ſunt, proindéque ex ſe ſcibilia magis. An per cauſas? In infinitum. Nulla ergo definitio. Imò & nil ſcius ex iiſdem rationibus. Atque obiecit ille quidem aliàs hoc ipſum ſibi, Si ſcientia verè ſolùm illa eſt, quæ per demonſtrationem habetur, principia autem prima demonſtrari non poſſunt, non horum erit ſcientia, nullâque proinde ſcientia erit. ſed non ſatisfecit, dicens, non omnem ſcientiam eſſe demonſtratiuam, ſed eorum quæ mediis vacant indemonſtrabilem eſſe. Nam inde ſequitur non ſimpliciter prolatum illud, Scire eſt rem per cauſas cognoſcere, verum eſſe: & illud, Scientia eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem: ſi aliqua eſt quæ per demonſtrationem non habe-

In Phyſic. & Metaph.

1. Phyſic.

Ariſt. 1. Poſteri.

Ariſtot. non ſatisfacit ſuæ obiectioni.

1. Physicor. c.1.

tur. Melius autem dixerat alibi, excusaríque poterat, si semper eodem modo loquutus fuisset, perfectéque aliquando scientiam explicuisset. Nunc autem cùm vbique vagus, confusus, & inconstans sit, excusationi locum
» *præcludit. Dixerat porrò, Rerum quarum sunt principia,*
» *causæ, & elementa, scientiam ab horum cognitione pen-*
» *dere. Quod ridiculum est quomodo exponant eius se-*

Ridicula expositio Dialecticorum.

quaces. ad verba enim & syllogismos res deflectentes (antiquo obsopiti errore in eóque putrescentes) principia interpretantur, scientiæ cuiúsque primas, notásque, & suppositas propositiones: quas ipsi etiam principia & dignitates vocant: causas explicant medias propositiones, quæ inter illa fiunt & rem probandam: elementa verò, subiectum, prædicatum, copulam, medium, maiorem extremitatem, minorémque. An non subtile commentum hoc est? an potiùs delirium? sic eorum princeps fallitur modicùm. Illi non cum percipientes nec sequentes, adhuc magis: quousque tandem in tot vanitates prolabuntur, sensim à veritate deficiendo. sed ad illum redeamus. Non excusari potest. superiùs dicebat primorum principiorum scientiam esse, sed indemonstrabilem. Alibi primorum principiorum cognitionem intellectum, non scientiam vocat: malè tamen. Horum enim, sicut & aliorum, si haberetur, perfecta scientia esset. Nunc autem cùm horum non habeatur, nec eorum etiam habetur quorum hæc principia sunt. Vnde sequitur nihil sciri. Deinde quid scientia aliud est, quàm intellectus rei? tunc enim scire aliquid dicimus, cùm id intelligimus. Sed nec verum est duplicem esse scientiam: una enim & simplex esset, si quæ esset, sicut & una visio.

Primorum principiorũ scientia nõ differt à scientia aliarum rerum.

Scientia nõ differt ab intellectu, aut intellectione.

Scientia vna est, non duplex. Duplex tamen sciendi modus.

visio. duplex tamen habendi modus: vnus simplex, cùm simplicem rem cognoscemus, vt materiam, formam, & spiritum, si velis: alius compositus, vt ita dicam, cùm compositam rem, quam prius explicare oporteret, & singulas partes cognoscere, tum demùm totum. Vltimum autem hunc modum semper præcedit primus: non tamen hunc semper sequitur ille. In his autem omnibus Demonstratio nil deseruit aliud, quàm forsan ostendere rem sciendam. Sed iam satis: plura enim diximus, quàm nihil scienti conuenire videbatur. At non præter rationem dicta hæc sunt. Huc-vsque enim aliorum ignorantiam, iuxta scientiæ definitionem, cognitionémque subinde ostendi: nunc meam proferam, ne solus ego scire aliquid videar. Ex quo videre poteris quàm inscientes scimus. Quæ enim hucusque à pluribus recepta fuêre, mihi falsa videntur, vt iam ostendi: quæ deinceps dicam, vera. Forsan contrarium iudicabis tu, & fortassis verum erit hoc: vnde sequitur confirmatio propositi, Nil sciri. Iam igitur quid scire sit videamus, vt inde an aliquid sciatur magis manifestum euadat. **SCIENTIA EST REI PERFECTA COGNITIO.** *Ecce facilem, veram tamen nominis explicationem. si quæras genus & differentiam, non dabo: verba enim hæc sunt definito magis obscura. Quid cognitio? Sanè nescirem explicare aliter: & si aliter hanc definirem, de hac iterum definitione idem quærere posses, & eius partibus. Sic nunquam finis, perpetua nominum dubitatio. Qua ratione scientiæ nostræ tum infinitæ, tum omnino dubiæ sint: conantibus nobis rerum Naturas demonstrare verbis, rursus hæc aliis:*

Scientiæ definitio nostra.

Perpetua nominum dubitatio.

aliis: quod tum difficile, tum impoßibile eſt. Nil ſcimus. Alicubi ſtandum dicis in quæſtionibus. Verum, quia aliud non poſſumus. Sed neſcio quid ſit cognitio, deſini mihi. Dicerem rei comprehenſionem, perſpectionem, intellectionem, & ſi quid aliud eſt, quod idem ſignificet. Si de hoc adhuc dubites, tacebo: ſed petam à te aliud. ſi dederis, de tuo dubitabo: ſicq; perpetua laboramus ignorantia. Quid ſupereſt? Extremum remedium: tu tibi ipſe cogita. Cogitaſti, mentéque forſan cognitionem apprehendiſti: ſed nil minus. Ego etiam mihi comprehendiſſe videor. Quid inde? Dum de cognitione poſteà tecum loquor, qualem comprehẽdi, talem ſuppono: tu contrà qualem tu. Hoc ego aſſero eam eſſe: tu contrà illud. Quis componet litem? qui nouit quid ipſa verè ſit. Quis ille eſt? Nullus. Quiſque ſibi doctißimus videtur: mihi omnes ignari. Forſan ſolus ego ignarus ſum: ſed id ſaltem ſcire vellem. non poſſum. Quid igitur dicam deinceps quod ignorantiæ ſuſpitione vacet? Nihil. Cur ergo ſcribo? Quid ego ſcio. Cum ſtultis ſtultus eris: homo ſum: quid faciam? perinde eſt. Reuertor. Nihil ſcimus. ſuppone nominis (ſcientiæ) explicationem à me traditam, vt oratio procedat: hincq; colligamus nihil ſciri: ſupponere enim non eſt ſcire, ſed fingere: quare ex ſuppoſitis fictiones prodibunt, non ſcientia. Vide quô nos duxerit oratio iam, Omnis ſcientia fictio eſt. Patet: ſcientia per demonſtrationem habetur. Hæc definitionem ſupponit: non poſſunt enim probari definitiones; ſed debent credi: ergo demonſtratio ex ſuppoſitis ſcientiam ſuppoſititiam producet, non firmam & certam. Hæc omnia ex te concludunt. Deinde, in omni ſcientia per te ſupponenda prin-

Cognitio quid.

Occaſio diſſentionum in opinionibus.

Omnes ignari ſumus.

Omnis ſcientia fictio.

principia ſunt, nec de his diſputare illi conuenit. ergo quæ ſequuntur ex his ſuppoſita erunt, non ſcita. Quid miſerius? vt ſciamus, ignorare oportet. Quid enim ſupponere aliud eſt, quàm quæ neſcimus admittere? Nonné melius eſſet principia priùs ſcire? Nego tibi artis tuæ principia: proba. Non eſt arguendum contra negantes principia, inquis. Neſcis probare. Ignarus es, non ſciens. At expectat ad ſuperiorem ſeu communem ſcientiam aliarum probare principia. Ille igitur forſan omnia ſciet qui cõmunem hanc ſcientiam habet: tu nihil. Qui enim ignorat principia, ignorat & rem. ſed quid communis illa ſcientia eſt? Mirum quomodo ſibi officia partiantur artifices iſti, limitibus ſe ſeparant, quemadmodum ſtultum vulgus ſibi tellurem adaptat partitúrque. Quin potiùs imperium ſcientiarum ſtruxêre: quarum regina ſupremúſque iudex ſcientia communis eſt: ad quam ſupremæ deferuntur lites, hæc leges cæteris dat, quas ratas accipere oportet: nec aliarum alicui in huius meſſem manum immittere licet impunè, nec inter ſe ſibi. ſic tota vita litigant de ſubiecto ſcientiæ cuiuſque, nec eſt qui hanc litem (potiùs ignorantiam) dirimat. Hinc ſi quis de aſtris in Phyſica agat, aut in quantùm Phyſicus, aut in quantùm Aſtrologus, inquiunt, hoc facit: & alius, hoc ab Arithmetico mutuatur. ſed & alius à Mathematico furatur illud. Quid hoc? An non puerorum fabulæ? hi enim in communi loco, platea, foro, vel campo, hortos ſtruunt, tegulis cancellant, & quiſque alteri ſui hortuli aditum interdicit. Video quid hoc. cùm omnia quiſque amplecti non poſſet: hic ſibi partem hanc elegit, ille aliam diſcerpſit. Hinc nihil ſcitur. Cùm enim

Supponere eſt quæ ignoramus admittere.

Ignarorum excuſatio.

Qui ignorat principia ignorat & rem.

Scientiarũ imperium.

Scientia cõmunis Regina.

Vana eontẽtio Dialecticorum.

Dialectici pueris ſimiles.

Cauſa diuiſionis ſciẽtiarum.

Omnia in vnius orbis compositionem cõspirant.

omnia quæ hoc in orbe sunt, in vnius compositionem conspirent: nec hæc sine illis stare possunt, nec hæc cum illis conseruari: quódque priuatum gerit munus, diuersumque ab alio: omnia tamẽ ad vnum conferunt: hæc causant illa, hæc ab illis fiunt. Indicibilis omnium concatenatio.

Ignorata vna re, ignorantur & reliqua.

Nil ergo mirum si ignorato vno, ignorantur & reliqua. Cuius causa fit, vt qui de astris agit, eorum motus & causas motuum considerans, quid astrum sit, quid motus à Physico accipiat quasi probatum: deinde motus solùm contempletur varietatem multitudinémque. De

Verum scire, primùm naturã rei nosse, deinde accidẽtia

reliquis eodem modo. At hoc scire non est. Verum enim scire est, rei naturam primùm cognosse, secundo loco accidentia, vbi accidentia res habet. Ex quo sequitur

Demõstratio syllogismus scientificus nõ est. 6. Metaph.

demonstrationem syllogismum scientificum non esse, imò nihil esse, vt quæ solùm accidentia ineſſe demonstret secundum te, (mihi enim tantùm abest vt aliquid demonstret, vt potiùs abscondat, nihilque aliud agat quàm turbare ingenium) rei verò definitionem supponat. Nihil ergo sciunt quicumque demonstrationibus fidunt, ab eísque scientiam expectant: qui etiam has damnant, nihil per te: & vt modò probabo. Ergo nil

Nil sciunt qui demõstrationib⁹ fidunt.

scimus omnes. In scientia igitur, si definitionem admittas meam, tria sunt, res scienda, cognitio, & perfectum: quorum quodlibet sigillatim nobis expẽdendum erit, vt inde colligamus nihil sciri. Res primùm quot sunt? forsan

Res forsan infinitæ.

infinitæ, non solùm in indiuiduis, sed in speciebus. Negabis infinitas. At non probabis finitas: nec enim vel minimam earum partem numerare potuisti: ego vix hominem, & equum, & canem noui. Ergo de hoc iam nil scimus. Nam nec tu finem omnium rerum vidisti,

finitas

finitas tamen asseris: nec ego earum infinitatem vidi: infinitas tamen esse coniector. Quid certius? videris tu: mihi nihil. Sed quid infinitas ad rei vnius cognitionem, dices, impedire potest? Multùm per te: principia enim cognoscere oportet ad cognoscendam rem: forsan materiam & formam: at in infinito infinitæ materiæ forsan sunt distinctæ specie: (quanquam tu materiam specie ab aliquo distingui nolis, vt qui eam omni forma priues: de quo posteà) De formis nullum dubium: at de infinito nulla scientia. Sed dices, infinitarum etiam rerum eadem materia esse potest. Verum quidem: sed etiam potest non eadem esse, proindéque multiplex. Aliæ enim res forsan sunt à nostris omnino diuersæ, quas nullus nostrum nouit. Quod verò potest & esse & non esse, dubium est quod eorum sit. Scientia autem de eo quod est, quódque aliter esse non potest, per te est. Nec necesse est infinitas esse res vt diuersa sit materia: nam & tibi qui finitas credis nondum constat, nec constabit vnquam (possum tamen falli) an materia cæli eadem sit quæ horum inferiorum. Quin & an non spiritibus propria est materia, quamuis simplices dicantur? sanè. Asseris tu plura esse eorum genera, plurésque subinde differentias. Ergo conueniunt aliquo communi: id per te materia est: differúntque alio: id forma. Accidentia verò nonné & illa habent materiam propriam? Tu vocas genus eorum materiam: differentiam verò formam. An astrorum eadem quæ cæli materia? non scis: videtur quòd non. Ergo & principia quæ, quótque sint ignoratur, quamuis finitæ sint res. Nec stabitur vnquam in principiis: sed hominis principia sunt elementa:

Infinitas rei vnius cognitionem impedit.

Infinitarũ rerum eadẽ potest esse materia: & potest esse multiplex.

An cœli materia eadem sit quæ horũ inferiorum non constat.

Spiritibus sua est materia.

Accidentia suam habẽt materiam.

Nõ eadem astrorũ & cœli materia. licet aliter Scaliger.

horũ, materia hæc & forma hæc: huius materiæ & huius formæ alia simpliciora: leonis, asini, vrsi itidem: sic in infinitum. Atque de formis nil dubium, quòd in infinito erunt infinitæ. At principia præcognoscere oportet. Dices elementa non esse principia, de quo posteà. Imò nulla erunt principia. Infiniti enim principium nullum est. sed sint finitæ res: nil scies magis. Nec enim primum nosti principium omnium necessariſsimum: quare nec & reliqua, quæ ab eo deriuantur. Nil ergo scimus. Deinde in rebus aliæ à se, ex se, in se, per se, & propter se tantùm sunt, (liceat nobis ita loqui) qualem dicunt primam causam Philosophi, nostri Deum: aliæ omnes ab hoc, non à se, non ex se, non in se, non per se, non sibi solis, nec propter se: sed aliæ ab aliis, ex aliis aliæ, aliæ in aliis, aliæ propter alias. At vtraſque res cognoscere oportet. Deum autem quis perfectè nouit? Non videbit me homo & viuet. Proinde solùm licuit Moysi videre eum per posteriora, id est, per opera sua. Vnde ille, inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conſpiciuntur. Tum & illud nosse oportet, scilicet quæ res quas causent, & quomodo, vt sciamus quid perfectè. Talis autem concatenatio in rebus omnibus est vt nulla ociosa sit, quin alteri obsit aut prosit: quinimò & eadem pluribus & nocere, & iuuare plures nata est. Ergo omnia cognoscere oportet ad vnius perfectam cognitionem: illud autem quis potest? Nusquam vidi. Et ob hanc eandem rationem scientiæ aliæ aliis fauent, & vna ad alterius cognitionem confert. Imò, quod magis est, vna sine aliis sciri perfectè nõ potest: proindéque coguntur aliæ ab aliis mutari. Earum namque subiecta sic etiam se habent, vt vnum ab alio mutuò de-

Formæ in infinito sunt infinitæ.

Etsi finitæ sint res, nil tamen scimus.

Rerum diuisio vniuersalis.

Deum nemo nouit.

Exod. 33.

Paul. Rom. 1.

Omniũ rerum concatenatio.

Omnia cognoscere oportet ad vnius perfectam cognitionem.

Scientiæ sibi fauent.

Vna scientia sine aliis perfectè sciri nequit.

pendeat, & aliud etiam mutuò aliud efficiat. Vnde sequitur rursus nil sciri. Quis enim omnes nouit scientias? Subiiciam breue aliquod exemplum, ne hæc improbata maneant. De homine sufficiet. Hic basiliscum odit: fertur enim eum hominis saliua ieiuni interfici: basiliscus hominem & mustellam, quæ eum sola dicitur perimere: mustella basiliscum & murem: mus mustellam & catum: catus murem & canem: canis catum & leporem: lepus canem & viuerram. Atque satis hæc sint de antipathia. Homo item non quocunque vescitur cibo, delectatúrque: sed boue, ariete &c. Hæc non quocunque oblato, sed feno, auena, palea: hæc iterum non quacumque terra, sed hac vel illa: hæc rursus terra non omnia producit, sed hæc vel illa: ad quod plurimùm confert hoc vel illud cælum. Hæc de sympathia. Quomodo hæc omnia fiunt? Cuiuslibet horum naturam oportet nosse priùs quàm hominem probè noscas. Homo item quia nutritur, crescit, viuit, generat, corrumpitur, ratiocinatur, stat im quærendum est de anima, & eius facultatibus. Huius ratione, de plantis, qua anima viuant: de animalibus: de inanimatis, Contrariorum enim eadem est scientia. Generatio autem est corruptio à quo fiunt? à qualitatibus contrariis. Statim de his, de elementis, de superioribus corporibus: nam Sol & homo generant hominem: de introductione animæ, de introductione formarum, de actione & passione, de qualitate, de quantitate, de situ, de relatione: quia sedet, quia generat, quia calescit. Illud rursus quia in quiete fit: istud in instanti: hoc in tempore: vidēdum quid tempus. Statim de cælis & eorum motibus: tempus enim est,

Exemplum cōnexionis rerum.

Exépla antipathiæ.

Exempla sympathiæ.

Male Ariſt. 4 Phyſ. Tẽpus definit, numerum motus &c.

ait ille, (licet malè, vt ſuo loco videbimus) numerus motus ſecundum prius & posterius. Quia mouetur motu recto & deorſum: illico quid ſurſum, deorſum: de centro mũdi, de polis, partibus eius. Quia videt, & hoc media luce: ſtatim de coloribus, de ſpiritibus, & ſpeciebus, de luce, & luminoſo:, de Sole, aſtriſq;. Quia corpus eſt, & eſt in loco: de corpore, de ſubſtantia, de loco, de vacuo. Quia locus finitus dicitur: de finito & infinito. Quia generat & generatur: ſtatim de cauſis omnibus vſque ad primam. Quia ratiocinatur, de anima intellectiua & eius facultatibus, de ſcientia & de ſcibili, de prudentia & reliquis habitibus, vt vocant. Quia interficit: quia nunquam contentus viuit: quia pro patria vitam morti exponit: quia ſubleuat egros & egentes: de bono, & malo: de vltimo & ſummo bono: de virtute, & vitio: de animi immortalitate. Quodcunque autem horum ſecum ducit omnes alias res, quas proſequi faſtidioſum eſſet. Idem dicas de quacunque minima re. Id exemplo familiariſſimo communis horologij cognoſces. Si enim quomodo horas pulſet ſcire velis, oportet vt à prima ad vltimam omnes circunſpicias rotas: quidq; primam moueat, & quomodo hæc aliã, & hæc alias duas, ſicq; vſque ad vltimam peruenire. Quòd ſi præter id quòd horas pulſet horologium, eaſdem etiam exteriùs in gnomone digito oſtendat: monſtret præterea Lunæ motus, auctionem, defectionémque: Solis item per Zodiacum diſcurſum perfectum eodem quo in cœlo ſit tenore, (quæ omnia & plura alia nos iis portatili horologio ſecundum verum aſtrorum curſum oſtendi vidimus) ſanè rem difficiliorem efficies, nec vel minimam

Exemplum ab horologio.

mã earum rerũ quomodo fiat percipere poteris, quin totã fabricam ex integro ſoluas, examines, ſingulaſque partes & earum munus teneas. Idipſum tibi repræſentabit vitreus orbis admirabili artificio ab eximio Archimede Syracuſano conſtructus: in quo omnes ſphæræ, Planetæq; eodem modo quo in vera hac machina, & mouebantur & conſpiciebantur: flatu per canaliculos & ductus quoſdam omnia ſymmetricè agente. An non oportebat, ſi quomodo id fieret noſſe vellet aliquis, totam perfectè machinam, eiúſque partes vſque ad minutiſſimam cum muniis callere ſuis? Idem in noſtro hoc orbe exiſtimandum eſt. Quid enim in eo inuenias quod non moueat & moueatur, mutet & mutetur, aut vnum aut vtrumque patiatur? ſed quantò plura in vero orbe & ſunt & fiunt quàm in Syracuſano vitreo, tantò difficilius eſt illum, quàm hunc totum complecti: non tamen minus neceſſarium ei qui ſcire vult. Vide quò peruentum ſit. Vna ſolùm ſcientia eſt, aut eſſet ſi haberi poſſet, in natura rerum: non plures, qua omnes res perfectè cognoſcerentur: quando vna ſine aliis omnibus perfectè cognoſci non poteſt. Ea quas habemus vanitates ſunt, rapſodiæ, fragmenta obſeruationem, paucorum & malè habitarum: reliqua imaginationes, inuenta, fictiones, opiniones. Vnde non ineptè omnino dicebat ille, hominum ſapientiam ſtultitiam eſſe apud Deum. ſed reuertamur vnde digreſſi eramus, hincque collige vnã eſſe omnium rerum ſcientiam. Quotieſcumque enim de re aliqua incidit ſermo, huius occaſione de :gen-
dum, de alia iterum propter hanc, & tertiò p ſtam
de alia. ſic in infinitum iremus, niſi in medio curſu pedẽ
retra

Exemplum ab orbe vitreo Archimedis.

Omnia in hoc orbe mouentur aut mouentur.

Vna tãtùm ſcientia eſt.

Scientiæ noſtræ vanitas.

Hominum ſapientia ſtultitia apud Deum.

Quare prohibeatur ne omnia in omnibus tractentur.

retraheremus, & id non ſine ſcientiæ detrimento. Vnde lex illa in ſcientiis conſurgit, Non omnia in omnibus. Videbant enim omnia ex omnibus ſequi, ne tamen eorum ſcientiæ finem non haberet, limites ſtatuere conati ſunt, quos tamen ſeruare nequeunt: (quomodo enim limites ſeruabunt, quos natura non patitur?) vnde eadem neceſſe eſt millies in eodem opere, & in diuerſis repetere: quod facilè oſtenderemus in quolibet authore, ſed longum eſſet. Nonné omnia quæ in prædicamentis, dixit ille eadem in Phyſicis, & Metaphyſicis repetit? & quæ in his, in aliis paſſim? Galen. autem noſter quàm prolixus eſt? vix caput vnum inuenias in quo non legas: Et de his quamuis alibi fuſiùs dixerimus, non nocebit ſi iterum breuiter quod ad propoſitum ſpectat repetamus: Vel, Hoc ſufficit quod ad præſens inſtitutum attinet, reliqua enim tali in lib. reperies: aut denique ſimilem aliam dictionem. Quod manifeſtè oſtendit, ad vnius rei cognitionem aliarum etiam cognitionem neceſſariam eſſe, quando & ad vnius productionem, conſeruationem, aut deſtructionem, omnium aliarum concurſus neceſſarius eſt, vt in rerum examine fuſiùs probabimus. Idem confirmant etiam qui diſputationem de re aliqua ſuſcipiunt: tantùm enim abeſt vt, ſi hominem animal eſſe probare inſtituant, id efficiant, vt contrà per medios ſyllogiſmos diſcurrentes ab vno in aliud, tandem deueniant vel ad cœlum, vel ad inferos, ſecundum media quibus vtitur probans, & ſecundum negata ab alio. Quod enim demonſtrationis inuentor de eis tradit, per medias veniendum ad prima vſque principia, ibíque ſtandum, fictio eſt: ſicut & alia circa eandem

Ariſt. cadē pluribus in locis repetit.

Gal. prolixus.

Examen rerum, liber paulò pòſt edendus.

Non poſſumus per demoſtrationes certas ad prima principia peruenire.

eandem rem dicta. Nec enim talia sunt certa, numerata, atque ordinata media, per quæ liberè possimus procedere: neque principia in quibus animus quietus contentúsque sistere possit. Quòd si tu talia aliqua habes, gratum facies, si mihi mittas. Expectasné adhuc ampliorem inscitiæ nostræ probationem? Dabo. Vidisti iam difficultatem in speciebus. De indiuiduis autem fateris nullam esse scientiam, quia infinita sunt. At species nil sunt, aut saltem imaginatio quædam: sola indiuidua sunt, sola hæc percipiuntur, de his solùm habenda scientia est, ex his captanda. sin minus, ostende mihi in natura illa tua vniuersalia. Dabis in particularibus ipsis. Nil tamen in illis vniuersale video: omnia particularia. In his autem quanta varietas conspicitur? Mirum. Hic omnino fur: ille homicida: ille non natus nisi ad Grammaticam: alius scientiis omnino ineptus: ab incunabulis. hic crudelis & truculentus: nulla arte ille à vino arceri potest: à venere iste: a ludo hic: alter aut viso, aut etiam olfacto fele animo linquitur: ille pomum nunquam gustauit, nec alium gustantem videre potest: alter carnem: alter caseum: alius pisces: ex quibus omnibus nos quosdam nouimus. Alius numismata, vitrum, pennas, lateres, lanam, omnia denique vorat & coquit indifferenter: ille rosæ odore aut aspectu labitur in syncopim: iste fœminas odit: hæc cicutæ nutritur: hic diu noctúque stertit: ego sæpius libros iratus proieci, aufugi museolum: at in foro, in campo, nunquam nihil cogito, nec vnquam minus solus, quàm cùm solus: nec minus otiosus, quàm cùm otiosus: mecum hostem habeo, non possum euadere: & vt

Species nihil sunt, aut imaginatio quædam.

Varietas multa in indiuiduis.

De hoc Mathiol. Comment. in lib. 6. Dioscor. c. 25.

De hoc Fallop. lib. vlt. de re Anatom. & Amat. Lusit. Centur. 2. Cur 69. in Schol.

De hoc Amat Lusita. Centur. 2. Cura. 36. Anus Atheniensis. Gal. 3. impi.

Horat. 2. Sermo. saty. 7.

ille ait, meipſum vix fugitiuus vt erro, Iam ſocium quæreris, iam ſomno fallere curam. Fruſtrà: nam comes atra premit, ſequiturque fugacem.

Quidã homines vidẽtur irrationales.

Denique ſunt homines quidã, quos maximè dubites an rationales, an potiùs irrationales vocare debeas.

Quædã bruta rationalia diceres.

At contrà bruta videre eſt, quæ maiore cum ratione rationalia dicere poſſis quàm ex hominibus aliquos.

Gal. in oratio. ſuaſor. ad art. & Plutarc. in opuſc.

Reſpondebis vnam hyrundinem non facere ver, nec vnum particulare deſtruere vniuerſale. Ego contrà contendo vniuerſale falſum omnino eſſe, niſi omnia quæ ſub eo continentur ita vt ſunt & amplectatur, & affirmet. Quomodo enim verum eſſet, dicere omnẽ hominem rationalem, ſi plures aut ſolus vnus irrationalis ſit? ſi dicas, in hoc homine defectum eſſe non in animo, ſed in corpore eius inſtrumento, forſan verum dices, ſed pro me. Nec enim homo ſolus animus eſt, nec ſolum corpus, ſed vtrumque ſimul: ergo altero defectuoſo, defectuoſus homo erit: quare nec ſimpliciter homo: corpus enim de eſſentia eius eſt, quemadmodum & animus, & non corpus ſimpliciter, ſed tale corpus. Ex quo ſequitur ridiculum eſſe quorundam dictum, Animam ſcilicet hominis ſub figura rotunda vel qualibet alia, quàm ea qua omnes ſumus, eſſe poſſe: illúdque hominem fore. Qualem neſcio an ipſi quandoque viderint. ſi viderunt, mihi fauent. Nam illum eiuſdem rationis cum noſtris eſſe non crediderim: hominem tamen dicunt, & verum. Quis ſcit? Nullus. ſi non viderunt, cur talem fingunt, qualem forſan natura producere non poteſt? Quòd ſi poteſt, quomodo æterna erit propoſitio illa, Anima actus corporis phyſici organici &c? Hæc

Vniuerſale falſum ſi particulare aliquod falſum.

Defectus in corpore etiam ſpeciẽ videtur immutare.

Stulta opinio.

Natura nõ poteſt homi nem in alia producere figura, quã in qua nũc eſt.

illo

illorum ſcietia eſt. Quin & illud abſurdius multò eſt, Abſurda alia opinio.
Nullis ſcilicet exiſtentibus hominibus verum eſſe dicere, Homo eſt animal. Impoßibile enim ſupponunt vt falſum inferant. Nam ſi in philoſophia loquaris, Homines nonpoſſunt deeſſe.
nunquam homines deerunt: quia mundus eſt aeternus: ſi in fide, an deeſſe Chriſtus dominus? Vides quomodo vtrinque impoßibile eſt ſuppoſitum tuum. At Impoſſibili admiſſo plurima ſequũtur inconuenientia.
nonné ſcis ex præceptore tuo, poßibili poſito in eſſe, nullum ſequi inconueniens, impoßibili autem admiſſo, plurima? Sed eſto, ſit poßibile: ſi homo non eſt, quomodo homo animal erit? Pro eſſentia dicunt ſupponere verbum (Eſt) ibi, non pro exiſtentia, ſolúmque copulam Ineptn reſponſio.
eſſe. Proindéque propoſitionem illam aeternam eſſe, & in ſcientijs ſemper ita ſumi: quin & ante creationem hominis veram fuiſſe propoſitionem illam: & in mente diuina omnes fuiſſe rerum eſſentias. Hinc de Ente & Dialectici verba pervertunt.
Eſſentia mira ſcribunt. Quid magis vanum? ſic verba à propria ſignificatione detorquent & corrumpunt, vt alius ipſorum ſermo ſit à paterno omnino diuerſus, idem tamen. Cúmque ad eos accedas vt aliquid diſcas, verborum, quibus antea vſus fueras, ſignificationes ſic immutant, vt iam non res eaſdem & naturales deſignent, ſed illas quas ipſi finxêre; quò tu ſciendi auidus, harúmque nouarum rerum omnino ignarus eos de his fabulantes & diſputantes & differentes, qualéſque ſibi in inſomnijs apparuêre, miro tamen artificio referentes, audias, mireris, colas, reuereariſque ac acutiſßimos naturæ ſcrutatores. Mirum quanta barbaries. Quid ſimplicius, quid clarius, quid magis vſitatum verbo hoc (Eſt)? De eo tamen quanta diſputatio? Pueri Philoſophis da-

Vana alia opinio.

Friuola alia scientia.

Stulta alia.

Confutatio harũ sententiarum.

Etiores sunt, à quibus si quæras, an domi pater sit, respondent esse, si sit: si queras an nequam sit, negant. Philosophus de nullo homine asserit esse animal. Nec illud absurdum minus est quod quidam astruere conãtur, Philosophiam non alio idiomate doceri posse, quàm vel Græco, vel Latino: quia, inquiunt, non sunt verba quibus vertere possis plurima quæ in illis linguis sunt, vt Aristotelis ἐντελέχεια, de quo hucusque frustrà disputatur quomodo Latinè verti debeat: apud Latinos Essentia, Quiditas, Corporeitas, & similia quæ Philosophi machinantur: quæq; cùm nihil significent, à nullo etiam nec intelliguntur, nec explicari possunt, nedum vulgari sermone verti, qui res solùm veras, non fictas nominibus propriis omnes designare solet. Huic adde friuolam aliorum sententiam verbis nescio quam vim propriam assignantium, vt inde dicant nomina rebus imposita fuisse secundum earum naturam. Quo ducti non minus stultè etiam quidam verborum omnium significationes ab aliquo trahere conantur: vt lapis, quia lædat pedem: humus ab humiditate, inquiunt. Et asinus vnde? à te, quia sine sensu es: a enim Græcè, & Latinè sæpe priuat: sinus, quasi sensus: ergo asinus, idem est quod sine sensu: & hoc idem quod tu. An non bona est etymologia? De aliis omnibus curiosè magis, quàm verè aut vtiliter idem inquirunt: sicq; omnia derivativa aut composita faciunt, nullum simplex nec primum: quod quam vanum ignarúmque sit quis non videt? Si lapis dictio pro natura rei imposita est, vt dicis: an hæc est lapidis natura vt lædat pedem? Non, puto. sed esto. Quomodo (lædo) natura an damni quod significat

repre

repræsentat? Quomodo (pes) pedis naturam significat? In infinitum imus. Humus etiam ab humiditate non dicitur: nam contrà terra siccissimum est omnium elementorum per te. sed sit humidissima, & inde dicatur humus, vnde dicetur humiditas? si aliud des vnde hæc dicatur, idem de illo quæram. Iterum in infinitum. si tandem cesses in aliquo, illud quidem non habebit quomodo naturam rei, quam significat, ostendat. Ex eo enim omnia ante illud media naturam rei repræsentare videbantur: quia ab aliis deriuabantur, quæ aliquid significabant, vsque ad vltimum, quod à nullo alio deriuatur per te: aliàs enim iterum de illo quærerem. Quot autem simplicia sunt? ferè omnia. Præterea si (panis) pro rei natura impositus est, quid Græcè ἄρτος aut Britanicè Bara, aut Vasconicè Oguia: quorum diuersitas in sonitu, in literis, in accentu tanta est, vt nullo communicare dicas? si vnam solùm dicas linguam pro rerum natura impositam esse, cur non item alia? aut quæ illa? si dicas Adami primam, verum quidem est: poterat enim, quia rerum naturas nouerat, vt testatur author Pentateuchi: & tunc sanè desiderandum esset vt Philosophia sua, aut quam habemus, suo etiam idiomate conscripta esset. Nec, si tu dixisses tunc eam alio sermone doceri vel explicari non posse, quàm illo Adami, ego id negarem: sed dicis non nisi Græco, aut Latino, quæ pro rei natura imposita non sunt. Quid quòd perpetuò voces corrumpuntur: extántque Galli libri, Hispanique, in quibus verba plurima inuenias, quorum significata omnino ignorãtur? Et apud Latinos nonné verba sunt obsoleta

Ferè omnia nomina simplicia sunt.

Genes. 2.

Dictiones perpetuò corrumpũtur, alterãtur, miscentur.

plurima, quotidiéque de nouo alia finguntur? idémque in sermone contingit, atque in aliis rebus vt vsu continuo immutetur, tandémque tanta mutatio cõtingit, vt omnino degeneret & diuersus fiat: vnde est quòd periit iam omnino antiquus sermo Latinus in Italum nunc vulgarem transformatus: Grecus eodem modo. Si qui autem libri superstitẽ vtramque linguam seruant, adeò ab antiquo illo splendore differunt, vt si nobis sua lingua loquẽtibus adessent Demosthenes, aut Cicero, forsan deriderent. Nec hoc solùm, sed hic ab illo mutuatur dictiones plurimas, ille ab alio: sicá; puta nullam legitimam syncerámque nobis superesse linguam. Nulla ergo vocibus rerum naturas explicandi facultas, præter eam, quam ab arbitrio imponentis habent: cadémque vis [cani] ad significandum panem est ac canem, si ita placeat. Sunt quidem verba quædam ab effectu, vel accidente aliquo rebus imposita, non tamen à natura. Quis enim rerum naturas nouit, vt secundum eas nomina illis imponat? Aut qua nominibus cum rebus est communitas? Illa verò sunt quæ vocamus propria, vt si hominem risibilem voces, vel flebilem: in quibus tamen primitiua, scilicet risus & fletus, nullam vim habent, nisi quam ab arbitrio nostro accepêre. sic alipes Mercurius, armiger, & similia composita. Sunt & alia quæ similitudine sonus, voces imitantur eorum quæ significant, proinde Onomatopeica dicta, vt cucurire gallinarum, crocitare coruorum, rugire leonum, balare ouium, latrare canum, hinnire equorum, mugire boum, frendere porcorum, stertere dormientium, susurrus aquarum, sibilus, tinnitus, timpanũ, clan-

Græcum & Latini idioma nimis deprauata.

Nulla nobis syncera, legitimáque lingua superest.

Voces non explicãt rerũ naturas.

Nomina quædam ab effectu imponuntur.

Nulla verbis cum rebus conuenientia.

Nomina Onomatopeica à similitudine sonus.

dangor, & ille, Baubantem est timidi pertimuisse canem: & alter, Et tuba terribili sonitu taratantara dixit: & alius, Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Neque in his quoque aliqua naturæ demonstratio eorum quæ significant, sed similitudo sonorum. Minus etiam in verbis omnibus deriuationem quærere oportet: aliter namque iretur in infinitum. sed longiùs processimus, quàm putaueram. Reuertor. Hominum ipsorum quanta varietas etiam in specie? alicubi omnes breuissimi sunt, pygmæi dicti: alibi prægrandes, Gigantes: alij omnino nudi incedunt: villosi alij, totoq; corpore capillati: quin alij omnino sermonis expertes ferarum modo in syluis degunt, cauernis conduntur, aut etiam auium ritu in arboribus stabulantur, sed & nostros homines si quando contingat rapere, maxima cum voluptate deuorant: alij de Deo & religione nil solliciti omnia communia habent, filios quoque & vxores: vagantur, nec sedem fixam habent. Contrà alij Deo & religioni astricti pro his sanguinem intrepidè fundunt. Quisque sibi propriam ciuitatem, domum, fœminam, familiámque habere vult, habitámque vsque ad mortem tuetur: illi post mortem cum amicis viuis, vxoribus, & supellectile terræ aut igni mandantur: hi nil horum curantes inhumati manent: alter vitium se laniari, dissecaríque in partes patitur & conatur: ille fugiẽdam mortem omnino censet. Non finem faceremus si omnes omnium mores recensere vellemus. An tu his eandem rationem, quã nobis, omnino putes? Mihi non verisimile videtur. Nihil tamẽ ambo scimus. Negabis forsan tales aliquos esse homines. Non contendam: sic ab aliis

Verg 8. Aeneid.

Non omnia nomina deriuantur.

Varij homini num conditiones, varij mores.

aliis accepi: his ſunt pleni antiquorum recentiorúmque libri, nec impoßibile videtur: quin & aliqui forſan ſunt alij magis his à nobis diuerſi in aliqua orbis parte, nobis nondum aperta, aut fuére, aut erunt. Quis enim de omni quod fuit, quod eſt, aut quod erit certum quid proferre poteſt? Dicebas heri perfecta ſcientia tua, imò & à plurimis ſæculis, totam terram Oceano circunflui, eámque in tres diuidebas partes vniuerſales, Aſiam, Aphricam, Europam. Nunc quid dices? nouus eſt inuentus mundus, noua res, in noua Hiſpania, aut Indiis Occidentalibus, Orientalibúſque. Dicebas etiam Meridionalem & ſub Aequatore poſitam plagam inhabitalem æſtu eſſe, ſub Polis verò & extremis Zonis propter frigus. Iam vtrumque falſum eſſe oſtendit experientia. Strue aliam ſcientiam, falſa enim iam prima eſt. Quomodo ergo æternas, incorruptibiles, infallibiles, queq; aliter habere non poßint propoſitiones tuas aſſeris miſerrime vermis, qui vix quid ſis, vnde ſis, quò eas, ac ne vix quidem ſcias? De aliis tum animalium, tum plantarum ſpeciebus pro diuerſo orbis ſitu idem dicere licet: tanta quippe in diuerſis plagis eiuſdem, vt vocas, ſpeciei diſſimilitudo eſt, vt diuerſas dicas ſpecies, & ſunt. Nil tamen ambo ſcimus: quippe qui formas vtriuſque non cognoſcamus, per quas ipſæ diſtinguntur. Addit etiam ad ignorantiam noſtram rerum aliquarum prohibitus acceſſus nobis, vel propter locum, vel propter tempus, quarum maxima pars eſt. Hinc eorum quæ in mari, quæ in intima terra, quæ in ſupremo aëre, quæ denique in ſupremis corporibus fiunt & ſunt, maxima dubitatio. Nec ſine ratione: omnis enim à ſenſu cogni-

Nullus de omni quod fuit, quod erit, certum quid dicere poteſt.

Terræ diuiſio priſtina arguitur.

Falſa opinio de Zona torrida, & duabus extremis.

Rerũ quarundã prohibitus acceſſus ignorãtiam nobis auget.

cognitio eſt: à quo cùm illa percipi non poßint, nec ſciri ſubinde poſſunt: imò multò minus quàm quæ nobiſcum ſunt. De his enim quòd ſint non dubitamus, de illis autem plurima dicuntur; quæ eſſe nec certum eſt, nec ratio id cogit: quin quandoque contrarium, vt ſuo loco dicemus. Huc etiam ſpectat de pluralitate mundi quæſtio, de eo quod extra cœlum eſt, & ſimiles. Nec hoc ſolùm, ſed & in diuerſis terræ partibus (quas vnus & idem omnes perluſtrare non poteſt, neceſſarium tamen eſt) propter nuper dictam rerum varietatem variæ ſunt hominum opiniones; nulláque ſcientia. De his verò quæ longo tempore ante nos facta ſunt, de his quæ poſteà fient, quis certi quid aſſerere poteſt? Huius occaſione tanta hucuſque de mundi principio, aut æternitate inter Philoſophos diſceptatio, de eiuſdem duratione & fine controuerſia: cui finem nullus impoſuit, quòd ſciamus, nec forſan imponet ex ſcientia. Quomodo namque corruptibilis de incorruptibili, finitus de infinito: denique qui per inſtans ſolùm viuit ac ſi non viueret, eſt quaſi non eſſet, de ſempiterno certò quid oſtendere valeat? Cuius (an ſit) quæſtio, quemadmodum & reliquorum, fundamentum eſt aliarum quæſtionum, de qua penitus nil ipſe nouit, nec noſſe poteſt. At de his omnibus nobiliores ſunt, maximéque neceſſariæ ad aliarum omnium rerum cognitionem in Philoſophia dubitationes, quarum ignorantia aliarum ſubinde inſcitiam inducit. Quòd verò nil perfectè ſciri poßit, humano modo, apparet ex eo quòd Peripateticus cum reliqua ſchola conantur innumeris rationibus oſtendere mundum eſſe æternum, nec habuiſſe initium, nec habiturum finem: idq; perſua-

Omnis cognitio noſtra à ſenſu eſt.

Indeciſæ quæſtiones.

De his quæ olim facta ſunt, & de his quæ fient, nil certum.

Corruptibilis de incorruptibili iudicare rectè non poteſt.

Nobiliſſimæ quæſtiones dubiſſimæ ſunt.

Peripatetici mundum æternum faciunt.

Mini. lib. 1. Natura. hyſtor. c. 1.

ſum eſt Philoſophus. Vnde Romanus ille Naturalem hyſtoriam ſuam inde auſpicatus eſt. Et certè ſi humana

Ratio humana mundi æternitatem ſuadet.

ducaris ratione potiùs id iudicabis. Nam veniſti in mundum iam factum, & pater tuus, & aui tui: diſceſſérúntque illi, & diſcedes tu: vidéſque alios & naſcentes & morientes, ipſo manente. Nec eſt aliquis qui aſſerat aut voce, aut ſcripto, ſe aut vidiſſe mundi principium, aut vidiſſe alium qui viderit, aut qui audierit

Eccleſiaſt. 1.

ab alio ſe vidiſſe. Et, vt dicit Sapiens, Generatio præterit, & generatio aducnit, terra autem in æternum ſtat. Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per medium, & flectitur ad Aquilonem. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Cuncta res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone.

Mundus creatus eſt & mutabitur, ſecundum Fidē.

Audiſti ſententiam Philoſophorum: tamen vides contrarium omnino eſſe verum, ſecundum fidem, mundúmque & creatum eſſe, & finem habiturum, ſaltem ſecundum qualitates quas modò habet. Non enim anihilabitur, iuxta illud regij prophetæ, Et ſicut opertorium

Pſalm. 101

mutabis eos, & mutabuntur &c. Quæ quidem omnia ſciuntur ex reuelatione diuina, non ex humano diſcurſu. Nec enim id fieri poteſt. Vnde diuinus legiſlator

Geneſ. 1.

Moſes, diuinam hyſtoriam ſuam diuino afflatus ſpiritu diuinè à mundi creatione orditur, contrà omnino

Phi'oſopho rum opinio excuſatiōē aliquam habet: pertinacia aduerſus fidē, nullam.

ac fecit Plinius. Proinde excuſationem aliquam habet Philoſophorum opinio: ſed nullam pertinacia in non credendo, & contumacia in fidem. ſed regrediamur.

Eſt

Est & alia ignorantiæ nostræ causa, rerum quarundam tam magna substantia, vt à nobis omnino percipi non possit: quo in genere Philosophorum Infinitum est, si quod illud est: nostrorum Deus, cuius nulla mensura, nulla finitio, nec subinde à mente comprehensio aliqua esse potest. Nec immeritò: comprehẽdentis enim ad comprehensum proportio certa esse debet, vt aut comprehendens comprehenso maius sit, aut saltem æquale (quamuis hoc vix fieri posse videatur, vt æquale aliud æquale comprehendat, vt videbimus in tractatu de loco: sed nunc demus): nobis autem cum Deo nulla proportio, quemadmodum nec finito cum infinito, nec corruptibili cum æterno: denique eius collatione nihil potiùs sumus quàm aliquid. Hac eadem ratione ille omnia nouit, vt qui omnibus maior, superior, præstantior, aut melius, ne collationem cum creaturis facere videar, maximus, supremus, præstantissimus sit. Quæcumque summo huic opifici propinquiora sunt, ea ratione nobis incognita etiam sunt. Est aliud rerum genus his omnino aduersum, quarum tam minutum esse est, vt vix à mente comprehendi possit. Et harum maxima copia, cognitio maximè necessaria ad scientiam, ferè tamen nullam habemus. Talia forsan sunt accidentia omnia, quæ penè nihil sunt: adeò vt hucusque nullus fuerit qui eorum naturam perfectè explicare potuerit, quemadmodum nec aliquarum rerum. Nil scimus. quomodo ergo explicabimus? Neque mirum est, si aliqui accidentia nihil in se esse iudicarint, sed solùm quædam nobis apparentia, quæ pro varia nostri conditione dispositioneque varias apparent: vt qui febrit, omnia calida iudicat: cui lingua

Alia in rebus ignorantiæ nostræ causa.

Cõprehendentis ad comprehẽsum proportio esse debet.

Nulla nobis cum Deo proportio.

Deus omnia nouit.

Alia occasio in rebus insciitiæ nostræ.

6. Metaph.

Accidentia nihil in se esse, dixerũt Pyrrhonici & Epicur. & Democ. Laert. 9. & 10. Plutarc. in Colot.

Causa alia in rebus ignorantiæ nostræ.

flaua bile aſperſa eſt, omnia amara. Alia adhuc in rebus ſupereſt inſcitiæ cauſa noſtræ, aliquarum ſcilicet perpetua duratio, rurſus aliarum perpetua generatio, perpetua corruptio, perpetua mutatio. Ita vt nec illarum rationem reddere poßis, cùm non ſemper viuas: nec harum, cùm & nunquam eadem ſint omnino, & modò ſint, modò non ſint. Hinc fit vt de generatione & corruptione diſputatio ſub iudice adhuc ſit, de qua alibi quid ſentiamus proferemus. Quot generationis? quot corruptionis modi? Illa ex ſemine, ex ouis, ex ſimo, ex putredine, ex rore, ex puluere, ex limo, ex halitu, ex carie, ex pluribus aliis. Hæc à calore, frigore, ruptione, diſſolutione, oppreßione, nec certus forſan numerus eſt. ſi de phœnice verum dicunt, ex cinere combuſti parentis oritur vermis, ex quo alius fit phœnix. Vermiculi qui nobis ſericum faciunt omnino exſiccantur, poſt longum tempus renaſcuntur, tanquam ex ſemine, ex granulis quibuſdam alij. Struthium oua ſixè inſpiciendo animare ferunt: vrſum lambendo efformare catulum. Ficus, nuces, ligna in vermes abeunt, & lapideſcunt. Arborum folia quarundam Iuuernæ fluuio imminentium, ſi in eum cadant, piſcium naturam ſubeunt. Aliarum plurium frondes in terram cadentes volitantia animalia efficiũtur. Galla, triticum, folliculi lentiſci, & populi, medulla cardui fullonum, caſeus, caro, terebinthus in vermes mutantur & volucellos. Et, quod magis mirandum, in Britanico Oceano, ſi verum narrat ille, auis anatis figura, roſtro de putridis naufragiorum reliquiis pendet, donec inde ſoluta piſces ad ſui alimoniam quæritet: quam Vaſcones Oceani incolas, Craban, Brito

Multi generationis, & corruptionis modi.

Ariſto. 5. de Gen. ani. Licet Scalig. De ſubt. ad Card. Exer. 7. contrariũ ſe expertũ dicat.

Scalig. De ſubtil. ad Card. Exercit. 59.

Britones, Bernachiam, vocare ait. Addit & regi Frãciſco Galliarum allatam concham, cui intus auicula ferè perfecta erat, quæ alarum faſtigiis, roſtro, pedibus, hærebat extremis oris oſtraci. Ouain Aegyptiis ad Cairum in fornacibus animantur, temperato ignis calore: & alicubi etiam in fimo. Inter piſces plures non dubito eſſe, & inter aues prõducendi modos. In his autem quæ vita carent non pauciores. Deſtruendi totidem. Inter ortum & interitum quot mutationes fiunt? Innumeræ. In viuentibus nutritio perpetua, auctio ad tempus, ſtatus, declinatio, generatio, variatio partuum, mutatio, defectus, additio, perfectio morum, actiones, opera diuerſa, contraria ſæpiſſime in eodem indiuiduo: denique nulla quies. Nec mirum ſi aliquorum ſententia fuerit, de homine vno poſt horam non aſſeri poſſe eundem eſſe, qui ante horam, non omnino explodenda, imò forſan vera. Tanta quippe eſt identitatis indiuiſibilitas, vt ſi punctum ſolùm vel addas, vel detraxeris à re quapiam, iam non omnino eadem ſit: accidentia verò de indiuidui ratione ſunt, quæ cùm perpetuò varientur, ſubinde & indiuiduum variari contingit. Scio, dicis, dum eadem forma maneat, idem ſemper eſſe indiuiduum: ab illa enim vnum quid dicitur: nec accidentium horum minutias identitatem mutare. Dixi identitati nihil mutandum, aliàs non idem omnino eſſe. Vna forma vnum facit. Eadem forſan informat ſemper, ſed non idem: in hoc enim perpetua mutatio, vt in corpore meo. At ex vtroque componor, ex anima præcipuè, ex corpore paulò minùs, quorũ aliquo variato, & ego varior. ſed id alibi latiùs & oportuniùs. Atque hucuſque de

Plurimę inter ortum, & interitũ mutationes

Homo idẽ non eſt poſt horam vnã qui antè, ſecundum aliquorum ſententiam.

Idẽtitas eſt indiuiſibilis

Identitati nihil mutãdum.

De partib' animalium maxima dubitatio.

totis animalibus. Quòd si partes respicias, multò maior dubitatio. Cur sic hæ? cur illæ? an aliter meliùs? an peius? cur non plures? cur tot? cur tantæ? cur tam paruæ? Nunquam finis. In inanimatis idem. Quid igitur fixum de rebus tam mutabilibus, quid determinatum de rebus tam variis, quid certum de rebus tam incertis? Nil sanè. Orta hinc proinde est de introductione formarum, earundémque principio tanta disceptatio, quantam nunquam finiet aliquis. Quòd si addere velis monstra quæ indies fiunt, tot, támque diuersa, maximè in homine, promiscuos sexus in aliquibus speciebus, & aliarum specierum indiuiduis: mixtas species, vt ex asino & equa mulus, aut ex equo & asina hinnus, ex lupo & cane lyciſca, ex tauro & equa hinnulus, quæ vulgata sunt apud nos: quanquam & ex canis & vulpis, tigridis, hyænæ, lupíque, cum quibus misceri aiunt, coitu tertia species fieri debeat, vt & ex cameli cum equa, galli cum perdice, & si verum est quod de ossifrago dicunt, ex vulture & aquila gignitur. In arboribus eadem mixtio cernitur & plantis aliis, vt in caulorapo, maloperſicis, amigdaloperſicis, & pluribus aliis, quibus insitione media acquiritur natura inter insitum, & id cui inseritur. si denique addas mutationes specierum, vt ex tritico sæpe lolium, & ex lolio triticum quandoque, & ex ſcala auena fit: si mutationes sexus in quibuſdam hominibus, à virgine in virum, vt illi dixêre, rem omnino difficilem efficies, nec scies quid hoc, quomodo, à quo, quare. Minus ego. Atque in his quæ anima carent maior mutatio, maior diuersitas in generatione, in corruptione. Ampliùs nobis sciendi ansam

De introductione formarũ q' ſ ſtionem de-limita.

Alit ignorandi occaſiones.

Ariſto. 2. de generat. animal.

Occaſioalia in rebus inſcitię noſtrę

Hypoc. 6. Epiſt. Plin. lib. 7. Naturа. hyſto. c. 4 Amat. Lu ſit. Cent. 2. Cur. 39.

adimunt

adimunt eiuſdem rei varij, multi, ſed & contrarij effectus: eiuſdem contrà effectus variæ, multæ, ſed & contrariæ cauſæ. Exemplum vnum (ne nimis prolixus ſim, cùm in rerum examine hæc latiùs diſcutienda ſint) tibi ſit calor, qui idem generat, corrumpit: dealbat, denigrat: calefacit, frigefacit: attenuat, incraſſat: ſegregat, congregat: liquat, cogit: exſiccat, humectat: rarefacit, denſat: extendit, contrahit: ampliat, coarctat: dulcorat, amareſcit: grauat, aleuiat: mollit, durat: trahit, pellit: mouet, cohibet: lætificat, triſtat. Quid denique non agit calor? Hic numen ſublunare eſt, dextera naturæ, agens agentium, mouens mouentium, principium principiorum, cauſa cauſarum ſublunarium, inſtrumentum inſtrumentorum, anima mundi. Nec immeritò in prima Philoſophia antiqui plurimi ignem primum credidére principium. Meritò Trimegiſtus ignem Deum vocauit. Optima cum ratione Ariſtot. Deum, ardorem cæli potuit appellare, licèt cæli ardorem Deum eſſe non crediderit: proindéque in hoc à Cicerone malè taxatur. Quid enim Dei Opt. Max. meliùs potentiam, virtutem, ſpeciémque aliquam eius ineffabilis diuinitatis nobis ſuggerat igne? Ipſemet hoc inſinuauit, in ardenti rubo fideli ſeruo ſe primùm oſtendens: & in columna ignis dilectum populum per deſertum ducens: & in igneis linguis ſuper electorum conuentum deſcendens. Vides quanta calor agat: ſimplex tamen accidens eſt, cuius ratio, ſicut & aliarum rerum, incognita eſt. Quomodo tot obit munia ſolus? Difficile intellectu, difficillius dictu, difficillimum, vel impoßibile forſan, vtrumque. Diſtingunt tamen id quod per ſe, ab eo quod ex accidenti

Alix ignorādi cauſæ.

Calor oīa fecè agit.

Caloris virtus, & encomium.

Calore nos Deo communicare dicebat Pythag Laërt. 8.

Idē Epicur. vide Laërt. 9. & 10. & Pythago. 8.

Nil magis Deum refert igne.

Exod. c 3.

Exod. c. 14.

Act. Apoſt. c. 1.

denti fit: varietatem ſubiecti obiiciunt, quorum quolibet difficius eſt primo. Quis hanc varietatem exactè nouit? Nullus. Solùm probabilia quædam dicunt: quod certò ſciunt, nihil. Sed de his poſteà. Sufficiat nunc noſſe, nos nil planè noſſe. Eadem ratione à contrariis cauſis idem productus effectus ambiguitatem nobis parit maximam. Frigiditas & à motu fit, vt in cordis, thoracis, arteriarum, calidáq; aqua agitatione, & à quiete, vt ſi homo à motu calens quieſcat. Caliditas itidem à motu, in curſu: à quiete, ſi quieſcat cor, aut bullientem aquam non moueas. Nigrities à calore, in Aetiopibus: à frigore, in demortuo, aut diu ſuſpenſo membro: præcipuè ſi compreſſione ſpiritus per arterias tranſitus impediatur. Putredo, ab omnibus qualitatibus, dempta ſiccitate. Nec hoc ſolùm, ſed vnum contrarium ab alio contrario producitur: calor à frigore, in calce frigidâ macerata, in nobis, fontibus, terra, hyberno tempore: vnde ſententia, Ventres hyeme & vere calidiſſimi. Frigus à calore, in cõbuſtis corporibus calidis, in Aetiopibus, qui frigidi ſunt internè, & nos etiam æſtate. Quomodo hæc fiant penitus non intelligo. Ergo nec alij? Non neceſſariò concludo. Videtur tamen. Quid ipſi de de his dicãt audio: non tamen propterea rem magis cognoſco. Idipſum ego cogitabam anteà: ſed non ſatiabat animum. Nam ſi quid perfectè cognouiſſem, non negaſſem, imò vehementer clamaſſem præ lætitia: nil enim fœlicius mihi euenire poterit. Nunc autem perpetuo angor mœrore, deſperans me quid perfectè ſcire poſſe. Aut ergo ſolus ego omnium ignariſſimus: aut mecum omnes alij. Vtrumque credo verum. ſed ſcirem tamen aliquid, ſi alij etiam aliquid ſciunt:

Alia ignorãdi occaſio.

Hyp. 1. Aphor. 15.

ſciunt: nec enim ⁊eriſimile eſt mihi ſoli omnino aduerſam fuiſſe naturam. At nil omnino ſcio. Neque tu. plures aliæ ſunt in rebus nobis occaſiones ignorandi, quas & longum, & inutile eſſet omnes huc transferre, cùm in ſingulis earum tractatibus eas tibi ⁊idere liceat, & ipſe ⁊bique oſtendam ⁊bi de eis ſermo fuerit. Solùm ⁊nam aut alteram adhuc addam præcipuas. Rerum ⁊arietas, multiplex forma, figura, quantitas, actiones, ⁊ſus tot támque diuerſi mentem ſic nobis circumueniunt, aut meliùs, diſtrahunt, ⁊t ſecurè non poßit quid ⁊el proferre, ⁊el ſentire, quin ex alia parte obſideatur, & cogatur opinione cedere: ſicq; hinc inde ⁊aria nunquam ſiſtitur. Si aſſerat albedinem (⁊t de coloribus ſufficiat exemplum adduxiſſe) à calore fieri, arguit eam nix, glacies, Germani: ſi à frigore, cinis, calx, gypſum & os, ⁊ſta. Si ab humiditate, hæc: ſi à ſiccitate, illa. De nigredine totidem contingunt dubitationes. Quid ⁊erò dicas de medijs? Quam temperiem illis aßignabis? Atque extrema adhuc ⁊identur manifeſtam habere cauſam, ⁊t nix frigus, cinis calorem: quia ⁊trumque ſenſu deprehenditur. Quid ⁊erò dicas de maculatis animalibus panthera, pardo, cane, & ſimilibus? Quid de herbis, dracunculo, carduo argentato, trifolio maculato? Quid de floribus ⁊etonicæ altilis, ⁊iolæq; ⁊ariegatis? Quid de turcico phaſcolo? Quid de auibus, pauone, pſittaco? An pauoni, maculatis floribus, pardo, in eadem pinna, flore eodem, eodem capillo, diuerſa aßignabis temperamenta? Atque permanentes colores ſunt. Quid de Iride dices, de columba ⁊ariegata, de ⁊itro aqua pleno, & alio ſine aqua: quæ ⁊ariè ſoli expoſita,

Alia cauſa inicitur.

Colorũ cauſæ dubiæ.

aut ex vario videntis ſitu tam varios proferunt colores? Meritò mutus eris, vt & ego. In omnibus aliis, quæ ſuprà enarrauimus, multò magis. Nec vnquam finis: quò plus ſcrutamur, plures ſeſe offerunt tricæ, magis confundimur, difficiliùs expedimur. Vbi enim multitudo, ibi confuſio. Sic non immeritò Philoſophiam noſtram liceat conferre Minois labyrintho: in quem ingreſſi regredi non poſſumus, nec explicare nos: ſi pergamus, in Minotaurum incidimus, qui nobis vitam adimit. Hic finis ſtudiorum noſtrorum, hoc præmium irriti & vani laboris, perpetuæ vigiliæ, labor, curæ, ſolicitudo, ſolitudo, priuatio omnium deliciarum, vita morti ſimilis, cum mortuis degendo, pugnando, loquendo, cogitando, à viuis abſtinere, propriarum rerum curam ponere, animum exercendo corpus deſtruere. Hinc morbi: ſæpe delirium: ſemper mors. Nec labor improbus aliter omnia vincit, niſi quia vitam adimit, mortem accelerat, quæ ab omnibus liberat. ſic qui moritur omnia vincit: tantúmque abeſt vt verum ſit quod ille dicit, vt contrà omnino eueniat. Ait autem

Vbi multitudo, ibi cõfuſio.

Philoſophia Minois labyrintho ſimilis.

Triſtis ſtudiorum finis.

Labor improbus oĩa vincit, quia vitam adimit.

Horat. 1. Epiſt. 1.

Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.
Præcipuè ſanus: niſi cùm pituita moleſta eſt.
Vide quomodo pituitam coactus aperuit tandem.
Sed alibi contrarium dicitur, & verius.
Ipſe licèt venias Muſis comitatus Homere.
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Et idem Horat. melius inferius

1. Epiſt. 6.

Scilicet vxorem cum dote, fidémque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.
At

,, At benè numinatum decorát Suadela, Venuſq;.
Verum quidem id eſt nunc quod & ille alibi. Ouid.3. Amor.eleg.7.
,, Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
,, Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.
,, In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores, Ouid.1. Fastor.
,, Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.
Nihili fit doctrina, & cedunt armis togæ, concedunt laureæ linguæ. Nauci fiunt literati. Quid igitur nos cō-
,, *ſumimus? Neſcio. ſic fata ferunt. Dedit Deus filiis ho-* Eccleſiaſt.1.
,, *minum occupationem hanc peſſimam, vt in ea occupa-*
,, *rentur. Cuncta fecit bona in tempore ſuo: & mundum*
,, *tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus*
,, *quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finem. Non abſimilis etiam videtur eadem Philoſophi (ut vnde digreſſi eramus regrediamur) Hydræ Lernææ, quam Hercules expugnauit. Noſtram autem non eſt qui vincat. Abſciſſo capite vno, emergunt centum feraciora ſemper. Deeſt enim mentis ignis, qui perfectè rem vnam cognoſcens, reliquis difficultatibus pullulandi occaſionem auferat. Concludamus. Cognitio omnis à ſenſu trahitur. Vltra hãc, omnia confuſio, dubitatio, perplexitas, diuinatio: nil certum. Senſus ſolùm exteriora videt: nec cognoſcit. Oculum nunc ſenſum voco. Mens à ſenſu accepta conſiderat. Si hic deceptus fuit, illa quoque: ſin minùs, quid aſſequitur? Imagines rerum tantùm reſpicit, quas oculus admiſit: has hinc inde ſpectat, verſat, inquirendo, quid hoc? à quo tale? cur? Et hoc tantum. Nec enim videt aliquid certi. Nonné hoc vult illius fabula? in qua grus vulpem ad prandium inuitans, ei ſcyphum anguſti oris vitreum pulte plenum*

Philoſophia ſimilis Hydræ Lernææ.

Extra ſenſum omnia confuſio, dubitatio.

Senſus non cognoſcit.

Naturam Aelopi grus refert.

obiecit: ad quem vulpes linguam, osq; admouens, aliquid prehendere eius, quod videbat, ferculi cogitans, irrito conatu, vindictam grui, similem ab eadem vulpe antea passæ iocum, dedit. Simili ratione pictis vuis aues ille delusit: dum hæ rostro impetentes, vt comederent, rostrum tabulæ illidunt. Alter verò istum, velo sic affabrè delineato, vt verum videretur, decepit: dum hic, quasi iam vicisset tumidus, accurrens videndæ picturæ cupidus, velo coopertam credens, manum tabulæ admouet, vt velum amoueat, tabulamq; offendit solam. Sic nobis natura res obiicit cognoscendas.

Zeusis: apud Plin. lib. 35 c. 10.

Parrhasius: Plin. ibidē.

Aristot.

Et hoc dicebat ille alibi: intellectum nostrum ad rerum naturas, sicut nicticoracis oculum ad Solis lumen, se habere. Per simulacra de rebus iudicat. An ergo rectum potest esse iudicium? Tolerabile id esset, si omnium rerum, quas scire cupimus, simulacra à sensu haberemus. Nunc autem contrà, præcipuarum rerum nulla habemus. Solùm accidentium, quæ ad rei essentiam, vt dicunt, nihil conferunt: à qua vera scientia est: viliſsimáque sunt omnium entium. Ab his de aliis omnibus coniectari oportet. Quæ ergo sensualia sunt, crassa, abiecta, (ea sunt accidentia, compositáque) nobis vtcumque nota sunt. Quæ contrà spiritalia, tenuia, sublimia, (ea sunt principia compositorum, cœlestiáque) nullo modo. Hæc tamen natura sua cognoscibilia magis sunt: quia perfectiora, magis entia, simpliciora, quæ tria perfectam cognitionem producunt. Nobis minùs: quia à sensibus magis remota. Quæ autem his magis propinqua, nobis magis cognita: non alia ratione, quam quia à sensu melior dependet cognitio nostra. Natura autem sua minimè

Intellectus iudicat de rebus per simulacra.

Accidentia vilitlima sunt omniū rerum.

Entitas, perfectio, simplicitas cognitionem perfectam faciunt.

Melior cognitio nostra à sensu est.

mè cognoſcibilia: quia imperfectiſsima, ferè nihil. Ens verò cognitionis omnis: imò actuum omnium & motuum obiectum, ſubiectum & principiũ eſt. Vides quãta in rebus nobis ignorãdi occaſio præbetur. Videbis meliùs vbi ad earũ explicationem venerimus. Hæc enim vniuerſaliter ſolùm dicta ſint. At hæc non demõſtrant, ſciri nihil. Nec demonſtrare id propoſui: (vt, demonſtrare, tua ſignificatione vtar) nec poſſem. Nam nihil ſcitur. Sat eſt obiecisſe tibi difficultates. Si has vincere poßis, aliquid ſcies. Sed non poteris: niſi tibi clanculum demiſſus alius de nouo ſit ſpiritus. Poteſt forſan id fieri: ſed nondum vidi. Nunc verò de eo quod eſt, non non de eo quod poteſt eſſe, agimus. Atque hæc quæ in rebus ſunt, minima ſunt, ſi eis, quæ in cognoſcente ſunt, obſtaculis conferantur. Qui namque perfecta, acutiſsimáque mente præditus eſſet, inculpatóque ſenſu, forſan poſſet omnia vincere (vt tibi hoc gratis concedam: licèt non poßit, etiam ſi perfectiſsima omnia nactus ſit). Sed nunc contrarium apparet. Secundum igitur in definitione ſcientiæ erat, cognitio, in qua tria ſpectantur. Res cognita, de qua ſuprà: cognoſcens, de quo infrà, & cognitio ipſa, quæ actus eſt huius in illam. De hac nunc. Sed breuiter quãtum poterimus. Proprium enim locum obtinet in tractatu de Anima. Et ſanè difficilima eſt, perplexitatisque plena animæ, eius facultatũ, actionúmque contemplatio: ſi quæ alia. Præcipuè verò in hac, quam more quærimus, cognitione. Cùm nil dignius ſit anima, nil excellentius hac vnica cognitione. Quam ſi perfectam haberet, Deo ſimilis eſſet: imò Deus ipſe. Nec enim perfectè cognoſcere poteſt

Ens omniũ actionum principiũ.

In cognoſcente plurima ſunt ad ſciendi impedimenta.

In cognitione tria ſunt.

Difficilima animæ cõtemplatio.

Cognitio perfectiſſima animæ facultatum.

Solus Deus perfectè cognoscat.

quis, quæ non creauit. Nec Deus creare potuisset: nec creata regere, quæ non perfectè præcognouisset. Ipse ergo solus sapientia, cognitio, intellectus perfectus, omnia penetrat, omnia sapit, omnia cognoscit, omnia intelligit: quia ipse omnia est, & in omnibus: omniaque ipse sunt, & in ipso. Imperfectus autem, & miser homunculus quomodo cognoscet alia, qui seipsum non nosse potest, qui in se est, & secum? Quomodo abstrusissima naturæ, inter quæ spiritualia sunt, & inter hæc anima nostra, quæ clarissima, apertissima, quæ comedit, quæ bibit, quæ tangit, quæ videt, quæ audit, penitus non intelligit? Profectò quæ nunc cogito, quæ hîc scribo, nec ego intelligo, nec tu lecta intellecta habebis. Iudicabis tamen forsan pulchrè & verè dicta. Et ego talia existimo. Nil tamen vterque scimus. Immeritò proinde ille, licèt doctissimus vir, Viuem absurdum vocat: quòd mentis naturæ perscrutationem obscuritatis plenam dicat. Imò ego, si illius opinio absurda est, absurdissimus esse volo: qui non solùm obscuritatis plenam censeo, sed caliginosam, scabrosam, abstrusam, inuiam, pluribus tentatam, nulli superatam, nec superandam. Forsan ille, vt erat acutissimo ingenio, facilem habuit. Et sanè perpulchrè, & scitè, vt pleraque omnia de quibus egit, animam persequutus est. Sed non omninò absolutè, nonex ordine, non totam. Pleraque protulit, quæ verborum ambitu exteriori mentē decipiunt. famémq; affatim ingesta retundere videntur. Quæ tamen, si penitiùs scruteris, tandem fucum produnt, rémque, vt anteà, difficilem relinquunt: vt suo loco ostendemus. Nunc autem quod ad præsens spectat negotium, subiiciamus. Quid cognitio?

Hiem Plut. in Colotē.

Abstrusa naturæ homo nō nosse potest.

Scaliger immeritò Viuem corripit.

Idē Heraclī. vide Laert. lib. 9. Et Plutarc. lib. in Colotem.

Scaliger in anima tractatione de fœtuosus.

tio? Rei apprehẽsio. Quid apprehẽsio? Apprehende tu exte. Nec enim ego in mentem omnia tibi possum ingerere. Si adhuc quæris, dicam, intellectionem, perspectionem, intuitionem. Si adhuc de his quæris, tacebo. Non possum. Non scio. Distingue tamen apprehẽsionem, à receptione. Recipit enim canis hominis speciem, lapidis, quanti: non tamẽ cognoscit. Imò recipit oculus noster, nec cognoscit. Recipit anima sæpe, & nõ cognoscit. Vt cùm falsa admittit: cùm tardo ingenio obscura offeruntur. Distingue etiã cognitionem propriè dictã, quam nunc descripsimus, quam tamen nõ cognoscimus ab alia impropriè dicta: qua quis cognoscere dicitur ea, quæ aliàs vidit, & memoria tenet propriis signis ornata. Nam hac cognitione dicitur puer cognoscere patrem & fratrem: & canis dominum, & viam per quam iuit. Diuide denique omnem cognitionem in duas. Alia est perfecta, qua res vndique, intus & extrà perspicitur, intelligitur. Et hæc est scientia, quam nunc hominibus conciliare vellemus: ipsa tamen non vult. Alia est imperfecta, qua res quomodolibet, qualitercumque apprehenditur. Hæc nobis familiaris. Maior tamen, minor, clarior, obscurior, variis denique partita gradibus, pro variis hominum ingeniis. Hanc duplicem faciunt. Aliam externam, quæ per sensus fit: sensualem subinde vocant. Aliam internam, quæ à mente sola, sed nihil minùs. Aliter hæc pensanda sunt. Vnum cognoscens homo est. Vna cognitio in omnibus his. Eadem enim mens est quæ externa, & quæ interna cognoscit. Sensus nil cognoscit: nil iudicat: solùm excipit quæ cognituræ menti offerat. Quemadmodum aër non colores, non lucem videt: quamuis hos excipiat visui offe

Cognitio, rei apprehensio.

Differentia apprehensionis, & receptionis.

Cognitio propria, & impropria.

Cognitio duplex.

Diuisio nulla.

Vna cognitio ad res, sed diuersimode habita.

Tria à mente diuersimode cognoscuntur.

offerendos. Tria tamen sunt quæ à mente diuersimodè cognoscuntur. Alia omninò externa sunt, absque omni mentis actione. Alia omninò interna, quorum quædam sine mentis opera sunt. Alia non omninò sine hac. Alia partim externa, partim interna. Deinde, illa se per sensus produnt: ista nullo modo per hos, sed immediatè per se. Hæc denique partim per hos, partim per se. Explicemus hæc. Color, sonus, calor non possunt menti per se offerri, vt ea cognoscat, nisi sui speciem (per receptionem specierum nunc sensationem fieri recipiamus) organo ei recipiendæ apto imprimant, quæ eadem, vel sibi similis alia menti offertur, vt eam cognoscat, aut rem, cuius illa est speci, per illam. Quæ autem ab intellectu ipso omninò fiunt, quorúmque ille pater est, & quæ intus in nobis sunt, nõ per alias species, sed per seipsa se produnt & ostendunt intellectui. Talia sunt plurima quæ sibi ipse fingit: vt etiam cùm pluribus discursibus aliquid noui excogitat, concluditque: & cùm intelligit ipse intellectionem suam: & cùm coniunctiones, diuisiones, comparationes, prædicationes, notionésque in se facit, ad eáque animum aduertens cognoscit per seipsa. Secundi autem generis sunt omnia interna cum intellectu eadem, quæ tamen sine eius opera fiunt, aut sunt: vt voluntas, memoria, appetitus, ira, metus, & reliqua pathemata, & quidquid aliud internum est, quod ab ipso intellectu cognoscitur immediatè per se. Sunt denique plurima quæ partim per sensus ad eum deueniunt: partim ab eo fiunt. Canis, magnetis natura nullo modo sensu capi potest. Vestita ergo colore, magnitudine, figura, per sensus ad animum defertur. Hic eam illis spoliat acciden

Quæ menti per speciem offeruntur.

Quæ per seipsa intellectui obiiciuntur.

Quæ partim ad intellectum veniunt, partim ab eo fiunt.

accidentibus Quod reliquum est considerat, versat, confert: denique naturam quandam sibi fingit communem, vt potest. Intelligentias in cœlis mihi inculcant isti Philosophi. Ego audio quid dicant: sed non intelligo. Quamuis aliquid fingo, quod intelligentiam mihi referat. Aërem tactu vtcumque percipio: sed sanè nullam habet imaginem in mente mea: nisi quandam, quam ego mihi finxi, corporis cuiusdam quasi incorporei: nescio quid. Vacuum eodem modo cogito. Infinitum comprehendo, nunquam finem comprehendendo: sed in media eius cogitatione quiesco coactus, cogitans, infinitum esse, quod in infinitum addendo, in infinitum imaginando, nunquã apprehensione terminabo. sic speciem fingo terminatã quidẽ, sed cuius neutra extremitas terminata & perfecta est, sed quasi defectuosa, cum hac notione, quòd non terminata sit, nec terminabilis: quia ei in æternum addi possunt partes infinitæ ex vtroque extremo. Quid facias? Misera est conditio nostra. In media luce cæcutimus, sæpe lucem cogitaui, semper incogitatã, incognitã, incomprehensam reliqui. Idem est, si voluntatem, intellectum, aliáque, quæ sensibus non percipiuntur, contempleris. Certus quidem sum, me nunc hæc, quæ scribo, cogitare, velle scribere, & optare vt vera sint, & vt à te approbentur: non tamen hoc nimis curare: sed cùm considerare nitor, quid sit hæc cogitatio, hoc velle, hoc optare, hoc non curare, sanè deficit cogitatio, frustratur volũtas, increscit desiderium, augetur cura. Nil video, quod captare, aut apprehendere possim. Et quidem in hoc superatur cognitio, quæ sine sensu de internis fit, ab ea, quæ de externis per sensus habetur: in hac enim habet intel-

Plurima fingenda.

Infiniti figuratio.

Collatio cognitionis quæ per sensus, & eius quæ sine sensu fit.

lectus quid captet, hominis ſcilicet, lapidis, arboriſque figuram, quam à ſenſu hauſit: videtúrque ſibi hominem comprehendere per eius imaginem. In illa verò, quæ de internis fit, nil inuenit quod comprehendere poſſit: diſcurrit que hinc, inde, more cæci palpans, ſi quid tenere queat. Et id tantùm. Contrà autem certitudine vincitur cognitio, quæ de externis per ſenſus habetur, ab ea, quæ his, quæ aut in nobis ſunt, aut à nobis fiunt, trahitur. Certior enim ſum, me & appetitum habere, & voluntatem: & nunc hoc cogitare, modò illud fugere, deteſtari, quàm templum, aut Socratem videre. Dixi, de his quæ in nobis aut ſunt, aut fiunt, nos eſſe certos: quod in re ſint. Nam de his, quæ diſcurſu, & ratiocinatione de rebus iudicando opinamur, & colligimus quòd ita in re ſint, vt nos iudicamus, incertiſſimum eſt. Certiúſque multò mihi eſt, chartam hanc, cui inſcribo, & eſſe, & albam eſſe, quàm eandem ex quatuor elementis compoſitam: & hæc in ea actu eſſe: & formam aliam ab illis eam habere. Denique, ſi ea quæ in nobis ſunt, aut à nobis fiunt, demas: certiſſima omnium cognitio eſt, quæ per ſenſus fit: incertiſſima omnium, quæ per diſcurſus. Nam hæc non verè cognitio eſt: ſed palpatio, dubitatio, opinatio, coniectatio. Ex quo illud rurſus emergit, ſcientiam non eſſe, quæ per ſyllogiſmos, diuiſiones, prædicationes, & ſimiles alias mentis actiones habetur. ſed ſi fieri poſſet vt, quemadmodum externas rerum qualitates quomodocumque ſenſu percipimus, ſic internam rationem cuiuſcumque rei amplecteremur, tunc verè ſcire diceremur. At hoc nullus vnquam potuit, quòd ſciamus. Vnde nihil ſcimus. De cognitione porrò, quæ de internis: & de

Ea quę diſcurſu inueniuntur, incertum an ſint.

Certiſſima cognitio à ſenſu. Incertiſſima à ratione.

Scientia nõ eſt quę per ſyllogiſmos habetur.

Quomodo ſcientia haberi debet.

& de alia, quam non cognitionem, sed opinionem vocat: quæ per coniunctiones, negationes, comparationes, diuisiones, & alias mentis actiones fit, suo loco amplius agetur, vbi vtriusque inscitia manifestabitur. Nunc autem de ea solùm, quæ de externis per sensus habetur, nonnihil dixisse sufficiat. In hac duo sunt media: quandoque tria, aut quatuor: sed duo semper, per quæ sensatio fit: siue illa intrò, siue ex tramissione fiat. Nec enim nunc id nos morabitur. Alterum internum, oculus. Alterum externum, aër. An per hæc aliquid perfectè cognoscitur? Nequaquam. Nam non per aliud cognosci debet, quod perfectè cognosci debet: sed per seipsum ab ipsomet cognoscente immediatè. Nunc autem rerum substantia per accidentia, quæ sensibus percipiuntur, se prodit: aut contrà his se abscondit. Mens, de rerum substantia per fallaces sensus informatur, aut aliàs decipitur. Quomodo ergo perfectè aliquid scire possimus? Atque de substantiis rerum scientia esse debet; ex te. De accidentibus verò an perfecta cognitio? Hoc minus. Iuuabat vnum, quòd scilicet percipiuntur sensu. Nocent plura, quòd nil penè sunt: quòd ad mentem nec ipsa perueniunt, sed eorum imagines solùm: quòd denique sensum sæpissimè fallunt. Hoc propter medij, tam externi, quàm interni, varietatem in substantia, situ, & dispositione. sufficiat de vno, aut altero sensu dixisse. De visu. Qui etiamsi perfectissimo organo fiat, & sensuum certissimus, nobilissimúsque sit, sæpissimè tamen fallitur. Externum medium varium esse solet: variè proinde sensum afficit. Aër, commune, res videtur melius referre: omnis enim coloris expers apparet. Aqua

In cognitione quæ per sensus, duo sunt media.

Non per aliud cognosci debet quod perfectè cognosci debet.

De accidentibus quare nō perfecta cognitio.

Accidentia sæpe nos fallunt.

Visus perfectissimus sensuum.

Varia media per quæ visus fit.

Visu quæ discernãtur.

aliter repræsentat. Hæc naturalia. Artificialia plurima, vitrum, cornu derasum, cristallus, & similia. Cui horũ credes? Visu non solùm colores discernuntur, sed magnitudo, numerus, figura, motus, distantia, asperitas, luciditas: & quæ ad hæc referuntur: vt æqualitas, similitudo, velocitas: & horum contraria. Aqua, obscura reddit corpora, bina, maiora, aliàs minora, alterius figuræ, crassiora, mobilia, læuia. Nec semper hoc, sed aliàs aliter. Aër quandoque crassa, in Austro, obscura, magna, duplicia in Echo, in Sole, in Luna: quandoque contrà. Quin & picta quandoque sculpta, viuáque apparent: sculpta quoque sæpissimè viua. Vitrum, cornu, & cristallus vt lubet, maiora, minora: crassa, tenuia: eiusdem coloris, varij coloris: pro artificis denique voluntate. Hinc tot specularum, specillorúmque diuersitates. Quod horũ melius refert, & verius? Nescias certò. Si aërem dicas, & negauero, non probabis. sed volo. At quandoque maiora, aliquando minora refert. De colore multò maior dubitatio. Quando illi credendũ? Quãdo natura sua magis propinquus, minusq; ab extraneo affectus. At quis illius naturam nouit? Quis simplicem vidit? Perpetua mutatio à Sole, Luna, & aliis supernè: infernè, terra, aqua, & mixtis. De vitro & aqua idem censendum: imò difficilior solutio. Duo enim sunt externa media in visu, qui per vitrum aut aquã fit, aër, & illa. Monetam vasculo lato impone: humi residere fac vas: à quo eò te semoueris, donec monetam non videas amplius. Tunc iube aqua impleri vas: videbis statim monetã, & maiorẽ quàm anteà. Cur nõ poteras anteà per aërem videre, cùm per te optimũ sit medium? Cur nunc maior

Aqua variè refert.

Aër varius in repræsentando.

Vitrum, cornu, crystallus vt lubet referunt.

Quãdo aëri credendum.

Simplicem aërem nullus vidit. Idẽ perperuò mutatur.

Duo media in visu per vitrum.

Experimẽtum.

maior apparet moneta? Neſcimus. Opinari licet aliquid tantùm: & nos id dicemus cùm ad rerũ examen ventum erit. Atque hæc de ſubſtantia externi medij: ad quã etiã referuntur traßities, vel tenuitas, magnitudo, vel paruitas, figura hæc, vel illa medij, per quod videtur aliquid. Hæc enim quamuis in aëre non omnia reperiãtur: tamen in factitiis mediis multùm variare faciunt rem viſam. Craſſum enim vitrũ aliter oſtendit, quàm tenue: quadratum aut rotundum aliter, quàm triangulare: magnum aliter quàm paruum. Oſtendunt id variæ fabricatæ criſtalli, vitríque normæ, per quas res erectas, vel inuerſas, huius, vel alterius coloris, figuráq; videas: denique diuerſas ab eo quod ſunt. Multum mare & ipſum cæruleum conſpicitur, & quæ ſub eo ſunt, eodem colore notat. Paucum contrà album. Quomodo fit id? Neſcis. Nec ego. Situs rei varius variare ſolet etiam ſenſum. Medij itidem. In ſpecillis id manifeſtum eſt: ſi oculo admoueas aliter referunt, quàm ſi paululum remoueas. In aëre non minùs. Lucerna cominus æqualis apparet, oblonga, quieta, parua, fulua: eminus rotunda, radians vndique, & inæqualis, ſcintillans, & mobilis (vnde Ariſtot. demonſtrationem ſuã aſſumpſit, vt probet Planetas eſſe prope nos: quia nõ ſcintillant) magna, clara, & ſine colore. Quæ longè ſunt, obſcura apparent, parua: quæ propè nimis, aut non videntur, aut aliter quàm ſunt. Quid facies? Medium tenendum. Vbi eſt medium illud? An ad duos paſſus, aut quolibet alio certo numero? Qui longè à nobis eſt, etiamſi celerrimè currat, tamen lentè ad modum moueri videtur: præcipuè ſi deorſum ex

Qui ad ſubſtantiã medij externi referantur.

Situs rei varius, variare ſolet ſenſum.

Ariſtot. Demonſtratio de propinquitate Planetarũ vnde occaſionem ſumpſit.

alto, aut contrà inſpicias. Quæ ſenſim fiunt ſenſum effugiunt: vt radij motus in horologio. Quomodo certò iudicabis? Ignoras. Magis ego. Nec verò hoc parum ſcire refert. Hinc enim emergit perpetua dubitatio de magnitudine ſtellarum: vt de diſtantia, de celeritate, de loco taceam: quæ omnia inde videntur pendere. Quæ enim ad manus habemus, licet vtcumque identidem, & diuerſis ſenſoriis, ſi communia ſint, explorare, & certiùs proximè cognoſſe. At illa quis poteſt? Nec illa ſolùm. ſi è longè baculum aquæ ſemi immerſum videas, contortus, aut refractus apparebit. Dices integrum tamen eſſe: quia alias expertus es. At fractus ſit, apparebit nihilominus fractus. Non enim hîc valet contrariorum ratio. Aſſeres integrum eſſe, ſuperiori ratione: & tamen falſum eſt. Quid facies, niſi ab aqua extrahere poßis? Dubius manebis. In coloribus verò quantum interſit ſitus, oſtendit Iris, vitrũ aqua plenũ, columba variegata, ſericæ telæ ex diuerſis contextæ coloribus, vicinitas corporis ſplendentis alterius coloris (vt etiam, ſi plano perpendiculariter imponas auream, argenteamue laminam: multóque magis ſi deorſum inclines): quæ omnia huc atque illuc mota varium admodum referunt colorem. In quo ſitu verum oſtendere colorem dices? In eadem parte modò ruber, nunc fuluus, dein cæruleus. Quis horum prior? Dubitare tantùm licet. Numerum autem, figuram, motum, magnitudinémque à vario variari ſitu, (quoad ſenſum intelligimus, nõ in ſe) non eſt quòd prolixiùs oſtẽdamus: cùm id quotidiano vſu experiri poßis. Atque ſufficiant hæc de ſitu. Externi medij variam diſpoſitionem ea, quæ per id referuntur, variare eſt neceſſe.

Situs colores variat.

Numerus, figura, motus, magnitudo, à ſitu variantur.

Varia diſpoſitio externi medij ſenſum variat.

ceſſe. Iam partim diximus. In craſſo aëre obſcura apparent omnia, parua. In tenui contrà. In prato omnia viridia fiunt. Circa rubra, aut crocea, his notantur corpora. In multa luce videre nõ licet: præcipuè alba, aut maximè lucida corpora. In tenebris minùs. Circa has, vel illam, dubiè, & fallaciter. Quod medium? Deſigna tu. Sed & in aëre, artificioſo igne illuſtrato, alij ac alij videntur colores, aliæq; figuræ, pro materiæ ignis varietate. Si medium vitrum ſit, aut criſtallus, pro horum coloribus, variisq; figuris, & conſiſtentia, aliter, atque aliter res ſignificantur. Hæc media ſunt, per quorum medium res videntur. Alia verò per ſuperficiem oſtendunt. In his nulla conſtantia. Quot figuræ monſtroſæ, ridiculæ, multiplicatæ, inuerſæ, truncatæ? Quid nõ fingunt ſpecula? Quid de his iudicabis? An figuram vides illam? Non eſt: quomodo videas? Vides tamen: quomodo id? Non ſine ratione ignoras. Tranſeamus iam ad internum medium, in quo tot contingunt difficultates. Elato oculo vno, aut in tranſuerſum deducto, (quanquam aliter Ariſt. ſenſerit) binæ res apparent. Vnde mirum, quòd qui ſtrabiſmo laborant binas res omnes non videant. Sed rationem in rerum Examine reddemus. Idipſum illud contingit, ſi in latus recumbens, corpus aliquod coram te habeas, quod inferiorem oculum cooperiat. Tunc enim ſuperior oculus omnia, quæ infra corpus illud ſunt, percipiet: alter verò ſolum corpus illud: nec diſtinctè, ſed nubis modò. ſic altero, quæ poſt corpus ſunt, inſpiciente, altero ipſum corpus, ſimul videmur videre corpora duo, quorum vnum ſupra aliud eſt. Faciliùs autem id experieris, ſi oculum vnum ad externum angulum

In mediis quæ per ſuperficiem oſtendunt nulla conſtantia.

In interno medio tot difficultates, quot in externo.

In tranſuerſum ductus oculus binas res refert.

mouens

*mouens, quæ à latere ſunt reſpicias. Tunc enim altero oculo illuc vergente, naſus ſe obiicit videndus, apparétque vmbræ modo ea, quæ ab altero oculo videntur, ſuperinducere. Eodem modo ſi digitum oculis præſentes, non tamen eum inſpicias: ſed ad ea, quæ aut poſt eum, aut ad latera ſunt, animum vertas, duplex nihilominus apparebit. Idẽ continget, ſi ambos oculos ad naſum vertas: duplicia omnia videbũtur. Moto oculo vno, quæ videntur, moueri videntur. Imò ex duabus apparentibus rebus, altera mouetur, quieſcente alia. Sed & altera ad dextram, ad læuam altera mouetur, ſi librum inſpiciens, oculos per ſeipſos ſine digiti adminiculo iugiter moueas, lineas ſolùm reſpiciens non legendo. Accedit etiam ad hæc oculi ſitus profundus, vel eminens, natura, aut caſu. Quorum maxima in videndo diuerſitas. Multóque magis, ſi altero profundo, alter eminens ſit. Si quoque elatior alter, alius depreſſus: ſed hîc manifeſtus error. Illic autem, vbi vterque aut profundus, aut eminens, nullus. Ad ſitum etiam refertur maior, aut minor palpebræ commiſſio, aut apertio. Si lucernam inſpicias cõniuentibus oculis, apparebunt plurimi radij ad oculos protendi: mouentúrque ad motũ palpebræ: ſi omninò aperias, quieſcunt, nec tam longi ſunt. Sufficiant hæc exempli cauſa: ex quibus tu alia complurima cõiecturi, expeririq; poteris. * Colores à vario oculi ſitu non minùs, quàm à vario rei videndæ, mediiq; ſitu mutantur. ſed iam dictum eſt. Hæc tu forſan minimi facis: nec ſcientiam impedire poſſe cogitas. At longè aliter res habet. * Mouerunt enim hæc illos, vt & de omni quod ſenſibus apparet, dubitarent: & cederent, colores*

Oculi ſitus v. ſum variat.

Quę ad oculi ſitum referuntur.

* Coloresab oculi ſitu variantur.

* philoſophos quid mouerit aliquos dubitare de omni ſenſili. Pyrrhonici, Democrit. & Epicur. id aſſerebant. vide Laërt. 9. & 10. Plutarc. contra Colotem.

colores non in rebus permanentes esse: sed à luce fieri, variarique. De quo alibi dictum à nobis est, vt videbis. sed iam pergamus ad substantiam. Interna media quinque numerantur à Philosophis, visus, tactus, gustus, auditus, olfactus. Diuersæ horum omnium substantiæ. Proinde & diuersæ etiam res ab eis percipiuntur: sunt tamen quædam communes. tetigimus suprà: magnitudo, numerus, figura &c. Percussionem vnam videt oculus: binum audit ictum auris: si non vidisset oculus, sine dubio duos iudicasses fuisse ictus. Esto cœcus: percutiam bis: aut ego semel: alius autem procul à me, statim post me, quasi alter Echo. Dices ab aliquo monitus, si nunquam vidisti, Echo esse: & falsum. Imò vide. Iubeo alium clàm post me percutere. Dices Echo. non est. Currente equo iudicat sæpissimè auris duos esse. Aut si duo sint, æqualitamen gradiantur passu, vnum: imò oculus, si è longe sit: si plura sint quæ moueantur, magis vtrumque fallitur. In magnitudine non minùs. quod oculus paruum, auris magnum: & contrà. In figura multò magis decipitur oculus, quàm tactus: quemadmodũ & hic minus, quàm ille in magnitudine. Quæ propè sunt, distantissima quandoque videntur visui, & auditui: magis tamen huic: aliàs contrà. Non minus fallitur tactus in distantia: cui si magnum calidum adsit, etiamsi longè: tamẽ propè iudicat esse, propter magnam impressionem. Naribus quoque sæpissimè imponitur. Quid multa profero? Nil certius sensu: nil eodem fallacius. Cui credes? an auri? an oculo? Lupum auribus tenes. sequere. Accedit maximum: horum omnium instrumentorum variæ dispositiones, quæ vtplurimum

Interna media quinq;.

Pro varia medij interni substãtia varia est cognitio.

In figura, & magnitudine magis decipitur oculꝰ quàm tactus.

Nil certius, nil fallacius sensu.

Sensoriorũ varia dispositiones sensum variat.

nos aberrare cogunt. Varij oculorum colores, varia temperamenta, consistentia, substantia, quantitas, situs, perspicuitásque spirituum, & humorum, qui in eis habentur, an non maximam diuersitatem pariunt in videndo? Quòd si medicè magis agatur, tunicarum substantia, optici nerui eadem, & quantitas spirituum, humorúmque hæc omnia, & perspicuitas, quantùm visum variare solent? sæpe ab externa causa muscas, floccos, aranearum telas, & similia videre videmur: cùm tamen non sint. Oculo inflammato, omnia rubra apparent: bile perfuso, citrina: si humor pupillæ incumbat, perforata, aut velo obducta, aut magna, aut parua, aut dupla, aut obscura. Vitia hæc sunt morbosa: sed sanorum alij longè, alij propè: alius clariùs, obscuriùs alius: hic magna, ille parua: hic rubra, ille crocea videt. Nullus denique aut perfectè, aut eodem modo vt alij. Quid ergo prohibet per oculum tot obnoxium mutationibus, imò & in se tam varium, per aërem non minùs, imò magis mobilem, & incertum, res varias, incertas, instabiles, aliter atque ipsæ sunt, nos percipere? perpetuò falli? nunquam certi aliquid deprehendere, nec proinde asserere posse? Oculus verò omnium sensorium præstantissimum, certissimúmque est. Quòd si ad alia te cõuertas, multò maius dubium. Quomodo quod calidum semper est, de calido aut frigido rectè iudicabit? sumus autem semper calidi. Qua ratione fit, vt, qui in termis, aut balneis arte factis sunt, frigidam iudicent vrinã, & aquam tepidam: falsò per te. An non quæcunque tangimus, aëri exposita sunt, & ab eo afficiuntur? an non ab eodem nos perpetuò afficimur? an non & hic ab

Quod caliditi semper est, de calido & frigido iudicare non potest.

Ab aëre perpetuò afficimur. Aëra supernis & infernis.

ab aqua, terra, & astris? Quid igitur cogit, aquam frigidam dicere? Quid aërem calidum? Multùm calidis, minus calida frigida apparent. Tales forsan sumus nos. Ergo aqua calida. Hyeme, quia à frigido maximè afficimur externo, nuper hausta à fonte aut puteo aqua calida apparet, quia minus frigida: æstate quantumcunque calida, aër, si curras, vel flabello moueas, frigidus videtur: cùm tamen per te calidus sit: & tunc temporis multò magis. Quid ergo caliditas? Quid frigiditas? Vt videamus quæ calida sint, aut quæ frigida, ratio nil hîc potest. Quis eorũ rationem nouit? Nullus. Sensibus committendum iudicium. At etsi sensus optimè perciperet, discernérétque qualitates illas: non tamen proinde sciret: sed solùm cognosceret, quemadmodum rusticus asinum suum à vicini boue, aut suo distinguens. Nunc autem nec hoc præstare potest tantùm. Quid ergo scimus? Nihil. Discurre per alios sensus. Minùs. At hæc est potior cognitio nostra Quid faciet mens sensu decepta? Decipi magis. Falso vno supposito, plurima infert: hinc alia (paruus enim error in principio, magnus est in fine). Tandem vbi falsitatem videt, (veritas namque vnica est, & sibi constans) regreditur: quærit locum defectus causam. Non inuenit: suspicatur hoc, vel illud medium. De hoc iterum quærit, an verum, an falsum. Nosse non potest: quia supra sensum est. Probabiliter agitat. sic in infinitum. nulla conclusio. perpetua dubitatio. Age, in te experire. Non impono. si tecum essem: facilè verbis ostenderem omnia dubia esse: at charta non tot patitur: & properamus ad rerum examen: in quo experientia hoc indigitabo. Ex

Nil cogit aquã frigidam, aërem calidum dicere.

Ratio nil potest in sensibilibus

Mens sensu decepta magis decipitur.

superioribus potuisti vtcumque videre. melius dein-
ceps videbis. Insequor definitionem meam. Iam dictum est de re: & de mediis ad cognitionem : nunc de
Innumeræ in cognoscente ignorandi occasiones. *cognoscente. Quot in hoc ignorandi occasiones? Innumeræ. Vita breuis: ars verò longa, imò infinita: aut potius*
ea quæ arti subiacent, aut quibus ars subiacet. Occasio
Hyp. 1. Aphor. 1. *autem præceps: experimentum periculosum: iudicium difficile. Nec verò solùm seipsum præstare oportet opor-*
tuna facientem: sed & assidentes, & exteriora. Mirum, diceres Aphorismum in nostri gratiam factum
fuisse, in quo difficultates eius, qui aliquid scire debet,
proponuntur: quas tu partim iam vidisti, partim vi-
debis nunc. sic incipiamus ab incipiente homine: hunc
enim in Aphorismo, per eum, qui oportuna facit, intelli-
Semel natus cerea moles est. *gimus. Semel natus hic cerea moles est, ferè omnis capax*
figuræ, tam in corpore, quàm in anima: sed magis in
hac. Ita vt non malè tabulæ rasæ, in qua nihil pictum
Non omnia in anima depingi possunt. *est, conferatur: nec tamen omnino benè, in ea omnia*
depingi posse, asseratur. Nec enim omnes ad literas apti
sunt, etsi omnia necessaria illis subministrentur. Atque
an in anima depingi possent rerum naturæ? infiniti? va-
Duo in nuper nato. *cui? Non videtur. Nunc autem non est. Duo ergo in*
nuper nato sunt: nil actus impressum: potentia plura,
Passiua potentia. *vel pauca: hæc, vel illa. Omnia, nulli. Est hæc passiua*
Passiua impotentia. *potentia tantùm: cui opponitur passiua alia impoten-*
tia: qua quis pluribus, vel paucis, his, vel illis omnino
inceptus est. His duabus communicant nobiscum etiam
bestiæ aliæ. Quippe psyttacus prima illa potentia sermo-
nes imitari potest humanos: quos simia secunda impo-
tentia non potest. Hæc contrà, prima potentia plurima

ad

ad hominis imitationẽ exequitur, quæ pſyttacus ob ſecundam impotentiam nequit. ſic inter homines hic ad Grammaticam ineptus omnino: ad nauigationem maximè aptus. Ille contrario modo. Eſt autem nobis potentia actiua, qua carent bruta, quáque ſcientiæ inueniuntur, & artes. Sed de hoc, vbi de Anima, latiùs agetur. Nunc ſufficiat adduxiſſe hæc, ad ea quæ ſequuntur, intelligenda. Quàm pauci ergo ex tot hominum millibus ſcientiis apti ſunt, etiam his quales habemus? Vix vnus, aut alter: perfectæ autem nullus. Oſtendo. Perfectus homo ſit oportet, qui perfectè aliquid ſcire debet. An aliquis talis eſt? Quòd verò talis eſſe debeat, vide. Animam tu quidem dicis in omnibus æquè perfectam (eius naturã ignorans, vt alibi monſtrabimus): corpus verò in cauſa eſſe cur hic doctior, ille minùs, ille nullo modo. Volo. An anima noſtra ſatis perfecta eſt, vt aliquid perfectè ſciat homo? Non. ſed ſit. Cui ergo minùs perfectũ corpus eſt, minus perfectè ſciet: cui magis, magis: cui maximè, perfectiſſimè. Hoc enim rationabilius videtur colligi ex te, quàm contrariũ. Cui datũ eſt perfectũ corpus? Nulli: vel clamãte medico: aut ſi daretur, nõ niſi per inſtans duraturũ. Quod ſi neges, nõ probabo tũc: aliàs probaturus. Petã tamen aliquod à te: & ſcio quòd nõ dabis. Ignoras enim, vt & ego. Perfectiſſimũ autem cum Gal. voco corpus, quod temperatiſſimum, quod pulcherrimum. Atque ille temperatiſſimum tantùm (licèt & compoſitionis meminiſſe debuiſſet, propter inſtrumentarias actiones) perfectiſſimas edere operationes omnes vult. Inter quas intellectio, à qua ſciẽtia pendet, primas tenet. Sed & id ratione fulcitur.

Potentia actiua.

Pauci apti ſcientiis.

Perfecta cognitio perfectum requirit hominem.

Anima noſtra ſatis perfecta nõ eſt vt aliquid perfectè ſciat.

Nullus homo perfectum corpus habet.

Quid perfectiſsimũ corpus.

Intellectio actionum omniũ perfectiſſima.

Plato etiã. 3.de Repub.

Bonus medicus morbos omnes pati debet.

Fuêre medicorum quidam, qui asseruêre, medicum, vt perfectus esset, omnes morbos priùs pati debere, quàm perfectè de his iudicare posset. Et non videtur omnino inepta opinio: licèt satius esset tunc non esse medicum. Nam quomodo de dolore sententiam ferret rectam, qui nunquam doluit? Quos autem & dolores, & morbos in nobis ipsis experti sumus, meliùs in aliis & dignoscimus, & curamus. sic quomodo cœcus, aut luscus, de coloribus? surdaster, de sonis? paraliticus, de tactilibus qualitatibus iustum ferat iudicium? Perfectè ergo videat oportet, qui de coloribus: audiat, qui de sonis: palpet, qui de tactilibus: gustet, qui de gustabilibus: moueatur, qui de motu: digerat, qui de digestione: doleat, qui de dolore: imaginetur, qui de imaginatione: memoretur, qui de memoria: intelligat, qui de intellectione perfectè iudicare velit. Aliàs, vt inquit Gal. erit nauta ex volumine: qui securus in scamno sedens, optimè portus, scopulos, promontoria, Scyllas, & Charybdes depingit: denique nauem per culinam, aut super mensam optimè ducit. si verò mare conscendat, eique clauum triremis committas, in scopulos, in Scyllas, in Charybdes, quas tam benè norat anteà, infliget. Aut vt ille, qui in foro deperditum asinum, aut canem, proprius describens signis, proclamat: quem tamen si coram habeat, non cognoscat. Et hac ratione dicitur Christus Dominus miserias humanas subire voluisse: vt expertus calamitates nostras, magis misereretur. Meliùs enim qui pauper aliquando fuit, pauperi, qui captiuus, captiuo, qui denique miser, misero: quàm qui nunquam pauper, captiuus, miser, illi, isti, huic, compatitur. Perfectissimum ergo

Melìs morbos in aliis curamus, quos experti in nobis sumus.

cor-

corpus requirit perfectiſsima cognitio. ſit hæc vltima ratio. Perfecta omnia perfectis gaudent, à perfectis fiũt, & per perfecta. Quid perfectius creatione? A ſolo perfecto, perfectione ipſa, Deo fit. Quo medio? Perfectiſſima eius potentia, quæ ſola perfectiſſima, quia infinita ſola, quia ipſe Deus. Reliqua omnia perfectiora à perfectioribus fiunt. Quæ à corporibus cœleſtibus fiunt, ab imperfectiori fieri non poſſent. Ratio horum omnium. Agens, in paſſum vtcunque abit, tranſit. Quodlibet enim cupit in ſe aliud transformare. Quod non poteſt, niſi ſe illi communicet. Dúmque hoc agit, ab alio repatitur: dum hoc conſeruare ſe in ſuo eſſe conans (quod etiam inditum eſt omni enti: vnde & illud ſequitur, velle ſcilicet in ſe aliud conuertere: ne ſui vnquam finis eueniat) partim reſiſtit: partim, aliud in ſe conuertere etiam volens, quantum poteſt ſuam in agens extendit, & exercet potentiam, imprimítque vim: ſed quia inferius illi viribus eſt, vincitur in pugna, cogitúrque alterius vexillum ſequi, & ſe in illud inſerere, primo exúto habitu. Si ergo agẽs perfectum eſt: & actio perfecta eſſe debet: & media ad actionem exequendam: & patiens quod actionem recipit, in quantum hanc recipit: licèt aliter imperfectum ſit. Quòd ſi actionem nonſequatur patientis conuerſio in agens, ſaltim opus, quod à tali actione fit, perfectum à perfecto agente eſt, imperfectum ab imperfecto. Orta enim, vt dicunt medici, atteſtantur ſuis principiis. Quod quid eſt, id agit: & quale quid, tale agit, mediis vbique idoneis. Talia ſunt quæ agenti ſimilia. ſic enim meliùs ambo in patiens conſpirant. Perfectum ergo agens meliùs perfectis adiu

Perfecta omnia perfectis gaudent: à perfectis, & per perfecta fiunt.

Agens in paſſum trãſit.

Cauſa repaſſionis.

Omni enti inditũ eſt ſe conſeruare.

Paſſio fit ob debilitatẽ.

Agens perfectũ actionẽ, & opus edit perfecta.

Orta atteſtantur ſuis principiis.

Media idonea sũt quę agenti ſimilia.

adiutum instrumentis, & mediis, in patiens aget, opusq; intentum peraget, quàm imperfectus. Vide id in omnibus, tam naturalibus, quàm voluntariis actionibus.

Sol perfectissimum oīm corporum.

Sol perfectißimum omnium corporum (vnde plurimi Deum illum existimarunt) quam edit actionem? Perfectißimam: similem Dei actioni. Hic enim creat: ille generat omnia: qui secundus est à creatione gradus. sed differunt. Nam Deus à se, solus, ex nihilo, & sine medio, aut instrumento creat. Sol à Deo potentiam habens, cum homine, ex semine, & medio calore hominem generat. licèt quandoque etiam sine congenerante plurima solus generet, vt murem ex stercore, ranam ex puluere cum pluuia, locustam, pulicem, culicem, lacertam, scarabeum, pediculum, & plurima alia animalia: & inter plantas philitidem, ceterach, politrichum, adiantum, lichenem, pulmonariam, viscum, fungum: & inanimata omnia, aurum, argentum, lapides, gemmas omnis generis: & elementa ipsa ex seipsis inuicem. sed obiicies forsan Solem corrumpere etiam: quæ est peßima actio, & imperfecta, si generatio perfecta est. At non ita habet.

Pythago. & Aegyptij. vide Laërt. 8. & Plutar. de Amore.

Differētia inter creationem, & generationem.

Sol nō corrumpit primò.

Nec enim corrumpit, sed dum generat, necessariò corruptio sequitur. Quòd autem generet primò, patet. Prius enim est ens non ente: actus priuatione, dignitate, præstantia, & natura. Corruptio autem non ens est, priuatio, destructio huius entis, nihil. Ergo prior generatio corruptione. Ergo ad illam sequitur hæc: non contrà. Ergo generat Sol primò: corrumpit ab euentu, & ex consecutione. Quod inde etiam manifestum fit.

Ens prius est nō ente, & actus priuatione.

Nullū ens nihilum intendit, neq; malū perse.

Nullum enim ens propter nihilum agit, aut nihilum intendit.

intendit. (Vnde & neque malum per se: malum enim priuatio boni est, quasi nihil) omnia namque propter finem. Nihil autem finis enti esse non potest. Finis enim perfectio est: quæ inter entia primas occupat. Nihil priuatio, destructio, defectus, mera entis negatio. quo alio quàm infestissimo nihili nomine nil ipsum vocabo? omnino perfectioni, entique oppositum, inimicum. Nil denique. Quis illud intendet? quis quæret? Omnia naturaliter id fugiunt. Nil me, præter hoc nihil, perterret, tristat, animo prostrat: dum cogito, me aliquando illius aulam inuisurum: nisi fide, spe, & charitate comitata, metum hunc, nihilque, simul eius causam, destrueret, méque confirmaret, post compositi huius dissolutionem, indissolubilem cum Deo Opt. Max. nexum promittendo. Sol ergo perfectissimum omnium corpus, corruptionem intendat, efficiat? Generat ergo. Quo medio? Calore, omnium qualitatum perfectissima, præstantissima, actuosissima. Videbis hoc in rerũ Examine. Lucem tu etiam addis: sed ego non consentio. Tamen pro me stat. Illustrissima res est lux, amicissima, charissima. Vitam huic conferunt: vt mortem tenebris. Exhilarat nos. Ea media pulcherrimas omnium res cognoscimus, plurimas. Deus se lucem vocat. Sine luce cæcutiamus, obdormiamus, obmutescamus, tanquam mortui vagemur, nec solùm nos discernentes, nedum rerum naturas cognoscentes. Vides quantum in tenebrosa, nubilosáque nocte silentium? Penè alterum chaos videtur, mors. Sanè sine luce viuere nollem. Vtriusque parens Sol, vtroque, calore scilicet & luce, ad generationem

Finis perfectio est.

Omnia fugiunt nihilum.

Calor oĩm qualitatum perfectissima.

Sol nõ agit luce.

Luce media pulcherrimas res cognoscimus.

tionem vtitur, vt tu vis. Quòd verò non ad cor-

Accessu eorum omnia vigent, recessu torpẽt

ruptionem, ostendunt hæc eadem. Accedente ad nos Sole omnia reuiuunt, renascuntur, pullulant, germinant, frondescunt, florent, fructificant. Animalia frigore torpentia, & semicorrupta, omninóque corrumpenda, si diutiùs abfuisset astrum, è latebris exeunt, ad motum promptiora fiunt, lætantur, currunt, saltant, gestiunt, canunt, ad generantis astri aduentum apta generationi fiunt, in hanc læta feruntur. Denique ver & æstas generatio sunt, & vita. Ego tunc solùm viuo. Abeunte autem à nobis dextro Dei oculo, (sic enim Solem libet vocare) omnia languent, torpent, labuntur, pereunt. Quid autumnus & hyems nisi perpetua mors? Mortem frigidam, gelidam, rigidam, horridam, pallentem vocant poëtæ, & meritò. Vitam contrà floridam, virentem, vegetam. Mors à frigore est: vita à calore: calor à Sole. Hic ergo perfectissimus omnium corporum, perfectissima omnium qualitate, calore, perfectissimam omnium actionum naturalium, generationem scilicet, edit. Hæc de naturalibus. In voluntariis autem, nonné pictor, sculptor, cytharedus, meliùs pinget, sculpet, pulsabit, si perfectioribus, quàm si imperfectioribus vtantur mediis & instrumentis? An benè canet raucus, saltabit claudus, scribet qui inconcinnam habet manum? Qua quidem manu quod perfectius à natura excogitari potuit instrumentum? Nullum sanè, vt optimè Gal. noster prosequitur. 1. de V sup. Perfectissimum autem omnium animalium homo, ad perfectissima inter cætera animalia opera edenda, perfectissimo etiam omnium

Ver & æstas generatio sunt & vita.

Hyems & autumnus mors.

Mors à frigore: vita à calore fit.

Generatio perfectissimaactionũ naturaliũ.

eguit

eguit instrumento. An si imperfectius fuisset istud, potuisset ille tam perfecta exequi munia, tótque, quàm exequitur. Non, cogito. sed quorsum tot? Huc: vt probemus: omne perfectum producere perfectum, & vti perfecto ad eius productionem. Quid inde? Hoc. Humana anima perfectißima omnium Dei creaturarum, ad perfectißimam omnium, quas edere potest, actionum, perfectam scilicet cognitionem, perfectißimo eget corpore. Quid? dices: à corpore non non pendet intellectio, nec ab eo vllo modo iuuatur, sed solummodo ab animo perficitur. Hoc falsum est, vt alibi probauimus. Vanum est dicere, animum intelligere, vt & audire. Homo vtrumque agit: vtrobique corpore, & animo vtens: & quodcumque aliud cum vtroque simul exequens: nihilque, non vtroque fauente, conferente, agente. sed, si in dictis tuis consistas, idipsum probatur. Cur hic doctior, ille minùs? Animus æquè perfectus in vtroque. Ergo in corpore defectus, vt tu dicebas. Ergo doctior perfectiori potitur corpore, quomodocumque illo vtatur, siue ad imaginandum, siue ad intelligendum. Ergo doctißimus perfectißimo. Ille autem est verè sciens. Quale autem sit perfectum corpus, diximus iam. Cúmque illud nusquam inueniatur, nusquam etiam perfecta cognitio, neque proinde scientia, quæ idem est. Sed dices forsan: ad intelligendum non egere nos brachiis & cruribus: proinde etsi illa defectuosa sint, modò cerebrum benè habeat, sufficere. At deciperis: si membra à primordiis generationis prauè conformata sunt, defectus fuit aut in materia ex qua

Humana anima ad cognitionē perfectißimo eget corpore.

Vanum est dicere animum intelligere.

Perfectißimus homo, ille & pulcherrimus.

facta ſunt, aut in virtute formatrice. Vtroque modo aliquod ex principibus membris, aut plura imperfecta ſint neceſſe eſt. De materia non eſt dubium: ex eodem enim ſemine fiunt membra omnia. Virtus autem non debilis primò per ſe eſt: ſed quia deficiunt ſpiritus, aut temperies, eius præcipua inſtrumenta. Quocumque autem horum deficiente, etiam in internis defectus eſt. ſed etſi ſolùm in externis eſſet, ab his internus communicaretur. Debilia enim extrema non perfectè attrahunt, retinent, coquunt, expellunt: vnde ſanguis inficitur excrementis. Ab hoc ſpiritus, & membra interna: ſi poſt formatum perfectum corpus & natum, deformitas accidat: vel ab interna: vel ab externa cauſa accidit. Quomodocumque contingat, interna etiam eodem modo, quo ſi à primordiis eueniret, alterat, & à perfectione diſturbat. Denique perfectum corpus aut nuſquam eſt: aut per momentum tantùm durabit. Nullus ergo ſciens. Nil ſcitur. ſed dices forſan: etiam imperfectum corpus ſcientiis aptum eſſe. Videtur enim difficile creditu, nullum ex hominibus ſcientiis idoneum. Ego verò hoc, vt & plura alia, libens concedo. Non tamen quodcumque. Nam neque tu id vis: neque probaueris vnquam. Certo ergo quodam temperamento præditum eſſe illud neceſſe eſt. Quale eſt illud? Forſan non dabis. ſed eſto, dederis. Hic nuper natus quot ſubit mutationes ab aëre, loco, motu, cibo, doctrina? Cogita tumet. Si diues, delicioſè tractatur, pingueſcit, totus corporeus fit, ineptus ad ſtudium. Anima enim & corpus vtcumque contraria expetunt, per te, vt in Anima dicemus. Quin neque parentes eum ſtudio & laboribus conſumi

Ex eodem ſemine nõ membra omnia.

Homo plures ſubit mutationes.

Anima & corpus vtcumque cõtraria expetunt.

corſumi permittunt: ſed in corporis, & ad corporis cultum componunt omnia: de moribus ſolùm (& ô vtinam) modicum ſoliciti. Et (vt hominum maior pars facit, & quidem prudenter, natura ad hoc impellente) ſanitati, & diuitiis, reliquiſque, quæ vitam beatam efficere poſſunt, ſtudere docent: vnde euenit vt tam pauci ſtudio literarum incumbant. ſed eſto, permittant, & velint parentes: puer detrectat. Corpus enim otium ſemper expetit: labor nobis inimicus omnibus. Diuitiæ reuocant animum, delitiæ diſturbant, pellicit mundus. Illéque ſanè ſummus mihi eſt Apollo, qui, cùm huius ſeculi bonus frui queat, his neglectis, rerum contemplationi ſe dedit, miſerrima omnium ſtatus permutatione. Sed rara auis in terris. Omnes aut ad laudem, aut dignitates, aut diuitias: vix vnus ſcientiam amplectitur propter ſeipſam: ſicq; tantum quiſque laborat ſolùm, quantum ſufficiat ad acquirendum finem, non ſcientiæ, ſed ambitionis ſuæ. Egeni autem ad ſtudia plurima aduolant, triſti principio, aduerſo medio, turpi fine. Triſtis enim egeſtas eſt, quæ impellit, eadem impedit: eadem ſatiata finit ſcientiam pauperis. Non enim amplius ſtudent, quàm vt eam fugere valeant. Hinc illud: Ingenium volitat, paupertas deprimit illud. Et illud: Diuinũ ingenium plena crumena facit. Et ille: Quærenda pecunia primùm eſt: Virtus poſt nummos. vtq; ſine Cerere & Bacho friget Venus, ſic Pallas. Pſittaci proinde vino poto melius garriunt, diſcúntque: & quidam etiam homines. Vnde: Fœcundi calices quem non fecêre diſertum? Quid non tentare cogit fames? Quid plura refero? Nunquam finem facerem. ſit hæc

Cur pauci ſtudeant.

Corpus otium expetit.

Omnes ad honores aut diuitias ſtudent.

Egeni plurimi ad literas currunt.

Pſittaci vino poto melius garriũt.

Studentis finis debet esse, scire.

concluſio. Studenti nullus finis eſſe debet alius, quàm ſcire. Egeno verò hic aut non eſt, aut eò ſolùm eſt, vt egeſtatem vitet. Quare qui propter ventrem ſtudebat ſolùm, hoc repleto obdormit, ſcientiasq; poſt tergum mittit, quibus non delectatur, quia ineptus eſt illis: ſi verò aptus delectetur, impedit egeſtas: & hoc miſerandum. Quòd ſi adhuc & diuitem, & pauperem omnia neceſſaria habere ad ſcientiam contendas, & voluntatem non deeſſe, ſupponamus ſic eſſe, vide quæ ſequãtur difficultates. Incipiens vterque inſtruendus eſt. Quis enim tam fœlix, vt ex ſe doctus euadat? Atque quot miſeriæ in inſtructione! quam pauci bonos nanciſcuntur doctores! Hi vel propter præmij paruitatẽ, vel ob deſidiam, vel ob inualetudinem, vel ob egeſtatem, (cui dum prouident, ſtudio vacare nequeunt) vel ob inuidiam, vel ob metum, vel ob ſuperbiam, vel ob amorem, vel ob inimicitiam, vel ob diſcipulorum ineptitudinem, (ſi talem de eis conceperint opinionem) vel (quod omnium peſsimum, magisq; crebrum) ob inſcitiam: hi inquam ob hæc omnia, vel plura, aut veritatem, ſi nouerint vtcunque, celant, aut fc[illegible] docent. Quo quid calamitoſius tyroni euenire poſsit? Hic enim credit, vt & conuenit, & neceſſe eſt incipienti: ſemelq; ebibitum errorem, virum vnquam in poſterum, quacunque ratione id conetur, deponere poteſt. Tanta eſt recipiendi, retinendiq; vis puerilibus annis: præcipuè ſi præceptoris authoritas maxima fuerit. Vnde illud: Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Hinc illorum Αὐτὸς ἔφα *tam illiberum, indignúmque Philoſopho. Hac ratione & ille cum incipiente ſimplex paciſcebatur premium:*

Nullus ex ſe doctus euadit.

[illegible] ſe docent ſe falſitatis.

Tyro credere debet.

Magna pueris recipiẽdi promptitudo.

Indigna Philoſopho ſententia.

Timotheus

mium: cum eo autem qui ſub alio didicerat præceptore, duplum: cùm duplo etiam labore opus eſſet, altero ad eradicandum errorem, quẽ iam ebiberat, ad ſeminandam veritatem altero. Hinc Philoſophorum ſectæ natæ ſunt: illúdque, Iurare in verba magiſtri. Vnde tot tantáque effundunt: hic pro defenſione huius: ille contrà, vt expugnet: volumina implent de intelligendo præceptore: nouas fingunt, infinitásque explicationes, intelligentias, diſtinctionéſque, quas nunquam ne ſomniauit quidem ille. Quinimò & tam ſtulti aliqui ſunt, vt omnia, quæ ab hoc, vel illo authore tradita ſunt, defendere ſe poſſe iactent: ad idq; ſe parent nugis, tricíſque adeò circunſepti, & armati, vt venatorem dicas, qui retibus turdos, fictóque ſibilo aucupari tentet. Quibus ipſimet irretiti, ſeipſos explicare nequeunt: ſicq; incidunt in foueam, quam aliis parabant: moréque Aeſopici aucupis, dum columbo inſidiantur, à colubro capiuntur. Et quemadmodum ij qui tormentis vtũtur bellicis, (hacquebutas, aut ſclopetos vocant) dum, vt aliũ occidant, oculo admouentes vni, vt rectà feratur glans, ignem pulueri immittunt, ſi obſtructa nimis fuerit machina, contrarium experiuntur, quàm volebant: recalcitrante ſcilicet illa, capútque illis confringẽte. Sic hi dum alius machinantur falſa, ipſi falſis inuoluuntur. Alij colligunt præcipua, Epitoméſque faciunt. Alij in tabulas digerunt, in capita, in libros, quæ ab aliis confuſé ſcripta ſunt. Alij contrà ampliant, addunt, extendũt, commentantur, & commentiuntur plurima. Alij ſuperſtitioſa, fatuáque pietate, diſſidẽtes conciliare, in pacémque omnino bellantes redigere conantur. Alij contrà eadẽ ſentientes

Vnde Philoſophorũ ſectæ.

Vanæ occupationes.

Stultitia eorum qui omnia quæ ab alio dicta ſunt, tuentur.

Inutiles labores.

ticntes inimicos faciũt, dum diuerſa ſcribere, & intelligere affirmant. Alij opus hoc illius eſſe aſſerunt. Alij contrà, ſed alterius. In his autem omnibus probandis, quibus non vtuntur argumentis? quid non fingũt? quid non tentant? quid non excruciantur? Si non ſufficiãt falſa probabilia, vtuntur veris improbandis, contumeliis ſcilicet, inuectiuis, famoſis libellis, iurgiis. Denique his non contenti, ad arma veniunt, vt quæ ratio non potuit, vis cogat, militum modo. Sic qui ſcientifici dicũtur, bruta fiunt. An nõ hæc furor, & inſania? Qui naturam inueſtigare dicuntur, nil minùs quàm id agunt: dum quid hic, illéue voluerit, non quid hoc, illúdue in natura ſit, digladiantur: totámque in illis abſumunt vitam, ſimiles cani, qui viſam vmbram in aqua carnis, quam ore ferebat, hac dimiſſa, ſectatur irrito, inanique conatu: tauróque, qui hominem ſectans, inuento huius pallio, in id ſæuit, hominis amplius non ſolicitus, immemórque. ſic illi naturam quærentes, ad homines ſe conuertunt, illam omnino relinquentes. Proinde nil ipſi ſciunt aliud, quàm pſittacorum more referre ea, quæ in aliis ſcripta inuenêre, prorſus ignari eorum quæ proferunt. Et horum quidem maxima in ſcientiis multitudo: qui autem naturam ipſam in ſe ſcrutetur, vix vllus, aut ſaltem admodum pauci, quíque apud illos, & vulgum indocti iudicantur.

Pauci naturam in ſe contemplãtur.

Nec mirum. Iudicat enim quiſque pro natura ſua reliquos. Sic doctus doctum iudicat, & laudat, quia percipit quæ dicit: indoctus negligit, quia non capit: contrà extollit inertem, quia idem cum eo ſentit. ſimile enim ſimili gaudet, diſſimile reſpuit. Sub quocumque autem

Quiſque pro natura ſua reliquos iudicat.

Simile ſimili gaudet.

horum

horum infœlix iuuenis litteras ebibat, vt frequentiùs ebibit, (fœliciſsimus enim ille eſt, qui ſub experto magiſtro, veréque docto initiatus eſt, vt & rariſsimus) actum eſt de eius ſcientia: niſi aliquo actus ſydere reſipiſcat. Atque ſi ſemper ſub eodem ſtudeat doctore, (quod vix vnquam fieri poteſt) ſemper errabit, ſi ſemel errauerit. Imò continuò magis errabit. Paruus enim error in principio, magnus eſt in fine: & dato vno abſurdo, plurima ſequuntur. Quis autem eſt qui ſemel non erret? Aut quis qui ſemel erret? Dubito an ſemper non erremus. Quòd ſi à pluribus doceatur, hoc opus, hic labor eſt. Pauci quos æquus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera iudicium, dius geniti, potuêre ab erroribus ſe expedire: tenent media omnia ſyluæ difficilimæ. Dum diuerſi hi perpetua contentione ſe agitant, miſerum incipientis ingenium miſerè diſtrahunt, dilacerántque. Hic illi hoc inculcat: ille contrarium perſuadere conatur. Quis enim duos in omnibus conuenire vidit? Atqui maximum veritatis, proindéque & ſcientiæ alicuius, certitudinis indicium eſt doctorum concordantia. Veritas enim ſemper ſibi conſtat. Contrà verò nil magis arguit incertitudinem ſcientiæ, quàm diuerſitas opinionum artificum. Quod commune eſt omnibus ſciẽtiæ cuiuſlibet doctoribus: vt inde colligas etiam quàm parum certitudinis ſcientiis inſit noſtris. Sic debilem tyrunculum aduerſi doctores trahunt in confuſionem, ambiguitatémque. Qui ſubinde neſcit quò ſe vertat: ſed prout illi videtur vel huic, vel illi adhæret: ſæpiùs decipienti. Hic enim plurimùm garrit, vt mos eſt illis qui falſa aſtruunt: ſicq; pauperè iuuenculũ ad ſe trahit,

Fœlix qui probũ nanciſcitur doctorem.

Paruus error in principio magnus eſt in fine.

Fere ſemper erramus.

Vix duo in omnibus cõueniunt.

Veritas ſemper ſibi conſtat.

Qui falſa aſtruunt plurimum garriunt.

qui victorem iudicat eum, qui magis clamauit. En tibi scientem. Sic multo tempore in his versatur procellus: sæpiùs tota vita. Quòd si ad methodum docendi accedamus, non hîc erit minor difficultas, quinimo maior: siue eos, qui viua voce docent, spectes, siue qui scriptis. Eadem enim vtriusque ratio. Porrò maxima hinc discenti accedit vel vtilitas, si bona methodo vtatur doctor: vel difficultas, & damnum, si peruersa. Nihil enim tantum in docendo momentum habet, quantum methodus: quæ subinde tam varia hominibus est: quaq; vti scire non minus laboriosum, ingenióque plenum est, quàm vtile: nec minus rarũ, quàm necessarium. Nullus proinde est qui huic plurimùm non studeat, insudétque: paucique admodum, aut ferè nullus, qui vel scopum attigerit, vel attigisse credatur. Cùm enim ars infinita forsan sit, vt iam diximus, vita verò omnium breuissima rerum, cui illam commensurare oportet vel docere, vel discere volenti, maximam nobis imponit curam, conantibus scilicet infinitum finito metiri, & quod magis est, comprehendere: vnde tanta scriptorum varietas. Quorum hic artem contrahere (cui vitam producere non licet, quod potius esset, & necessarium) dum nititur, longiorem efficit viam, difficiliorémque breuitate, subindéque obscuritate sua (Nam obscurus, fio dũ breuis esse laboro) tempus nobis absumens, quod rebus intelligendis, non eorum scriptis impendi deberet: capitáque rerum solùm nobis deuorandarum dat. Alter dum artẽ fusè, vt est, prodit, in primis consenescit principiis, nosq; cum illo. Hos, qui impatientes laboris sunt, quique acutiore ingenio, damnant: quòd pluribus verbis, quæ hi breui

Maxima vtilitas discenti, si docens bona vtatur methodo.

Laboriosum est scire methodo vti.

Pauci recta vtuntur methodo.

Vnde scribentium tanta diuersitas.

Breuitas obscuritatem parit.

breuibus perciperent, inculcent. Laudāt verò morosi & rudes, quibus nihil vnquam satis explanatum. Illi cōtrà. Si quis medio scribat modo, (si quis forsan sit) ab his omnibus improbatur: & quòd nō sat breuis, & quòd iusto breuior. Medium enim vtrique extremo vtcũque contrarium est. Ab iis solùm commendatur, qui medio etiam gaudent, & ipsi mediocres. Hi rari admodum, sicut & pulchra omnia, incognitique. Iam docti alij ab his iudicantur: ab illis contrà. Hic loquitur comptè, pulchréque: ille asperè, & rudè. Aliorum hic labores surripit, prę suisque venditat, repetit alius integras suas paginas, sui immemor: hic omnia vbique miscet, & cōfundit, ille nuda omnia & indiscussa relinquit: garrulus hic, & sophista, ille seuerus, & grauis: hic nouorum inuentor acutus, ille veterum assertor ineptus. Quid denique dicam? Quis omnibus placuit vnquam? Nec natura ipsa, vt quam quidam damnare, increparéque ausi sunt. Tanta est in rebus varietas, vt natura in his lusisse cernatur, confusionéque nostra sibi placuisse videatur: vt nos eam hinc inde quærentes, coram nobis existens deluderet, irrideretq;. Nec in variis solùm rebus varietas conspicitur. Idem homo modò vult, modò recusat: modò id asserit, tandem idem damnat: iam hoc profitetur, de quo si eum manè quæras, non meminit amplius, nec meminisse vult. Sed & in hac cæli parte nunc vigent literæ, tandem omnimoda brutalitas. Illic olim omnia ensis & arma, nunc nihil habes præter libros. Et, quod magis, hæc opinio nunc placet omnibus, hic Doctor in pretio est, manè omnino aliter. Horum omnium exempla videbis si hystorias legas: adducam

Mediũ vtrique extremo vtcumque contrarium.

Nullus vnquā omnibus placuit.

Natura cōfusione nostra sibi placuisse videtur.

Exempla successionis rerum.

Græcis olim illustrius a in literis & armis.

tamen vnum, alterúmue. Quid olim Aegypto, Græcia q̃ luculentius in literis? Quid in idolis colendis fertilius? Vbi illustriores viri, tum in scientiis quibuslibet, tum etiam armis? Nunc verò nec ibi musæum inuenias, nec idolum, nec insignem virum. In Italia, Gallia, Hispania nec per somnium doctor erat: omnia Mercurius, & Iupiter. Nunc hîc sedent Musæ, hîc habitat Christus. Iam in Indis quanta hucusque regnauit ignorantia? Iam nunc astutiores, religiosiores, doctiorésque sensim nobis fiunt. sit hoc satis. Quid ergo faciet in tanta rerum varietate calamitosus iuuenis? Quem sequetur? Cui credet? Huic, illi, nulli. sic ipse elegit, si liber sit. Sin minus, vel totus huic, vel totus illi, vel totus nulli. Quod horum melius? In omnibus fallacia & miseria. Si totus se dedat alicui, seruus fit, non doctus: illiúsque dogmata quo iure, quáque iniuria tuetur quantum potest. sic fit miles, qui ducem sequitur quocumque trahat, vt pro eo pugnet: non memor ampliùs sui, cum eóque perit. Sic iuuenis noster, eiúsque scientia perit, quoties se alicui pertinaciter adnectit. Nec enim sine dispendio veritatis quis potest iurare in verba magistri. Quòd si omnibus æquè credat, æquéque nulli: vt ab omnibus excerpat, quæ sibi videantur, magis liberum hoc est: sed & difficile magis. Quanto enim iudicio eget qui horum lites dirimere conatur? Quisque pro se suas habet rationes, argumentáque, vt sibi videtur, inexpugnabilia. Neque tamen inter hos iudicium ferre sine iudicis periculo est: qui pro quocumque tulerit sententiam, pro eo sibi standum etiam proponat. Quòd si malè iudicauerit, sententiæ suæ

Discens nõ alicui astringi debet.

pœnam

pœnam feret. Ignorabit enim veritatem, ſicut & alter pro quo malè ſententiam tulit, quod peßimum eſt. Sed & pro quocumque ſententiam ferat cum eo contra alium ſemper illi pugnandum eſt: alio ſemper negocium faceſſente ambobus, nouáque fingente arma, quæ repellere neceſſe eſt. Sæpéque contingit, vt, quemadmodum in bello quis, quanquam æquitate, armis, & viribus maior hoſte ſit, arte tamen & aſtu circumuentus pereat: ſic qui veritatem tenet, tuetúrque, argumentis contrariis obruatur: quibus cùm reſiſtere nequeat, animo deſpondet, veritatémque deſerit, vt hoſti ſe dedat. Hoc vt ſæpe contingit, ſic veritatem obfuſcat, dum qui falſa adſtruit acutus eſt, ſubtiliſque. Et id promouit ille ſyllogiſtica ſua ſcientia, in qua optima conſequentia ex falſo quandoque verum ſequitur. ſic verum nunc cum vero, nunc cum falſo mixtum non diſcernitur: ſed nunc verum falſum apparet, nunc falſum verum. ſicq; qui meliùs retes ſyllogiſticos extendere nouit, hic quod vult adſtruit. Cúmque ignari docendi eſſent veritatem, cauendúmque omni modo ne deciperentur, præcipuè quibus eam inueniendi non eſt poteſtas: ille contrà eis inſidias ſtruere docuit, quibus veritatem, ſi eam vtcumque tenent, deſerant: quam aliàs, niſi telis his circumuenirentur, tenerent. Sic vidi ego quandoque garrulum ſophiſtam conantem perſuadere ignaro cuipiam, album eſſe nigrum: cui hic: Ego non intelligo rationes tuas, quia non ſtudij vt tu: benè tamen ſentio, aliud eſſe album à nigro: argue tu modò quantumcumque volueris. Et ſanè memini, dum

Sæpe quis ſophiſmate deceptus veritatem deſerit.

Quid profit ſyllogiſtica ſcientia.

Dialectica initiarer ferè puer, à prouectioribus ætate, & studio in certamen sæpe prouocatum, vt ingenij mei periculum facerẽt: qui subinde fallaces syllogismos mihi obiiciebant: quorum ego fallaciam non vidẽs, aliquando onere premebar, falsáque concedebam, non tamen manifestè falsa: cùm tamen manifestè falsa sequebantur: tunc cruciebar admodum, si statim defectum non ostendissem: nec quiescebam donec inuenissem. An nõ satius fuisset, tempus, quod in quærendo defectu syllogismi absumebam, in cognoscenda causa aliqua naturali dispendere? Denique apud hos syllogizantes ille doctior est, qui melius garrit: ille verum protulit, qui decipulam optimè construendo, socium, aut aduersarium vicit, eóque redegit, vt aut concederet infallibiles quas vocant consequentias: (quas negare esset ridiculum, & impium: plenæ tamen sunt rimis, laqueisq́, quos qui non videt, ab eis captus cogitur dare manus, concederéque quod alter volebat, falsum licèt) vel cùm captum se videat, nec tamẽ dolum percipiat, ferè obmutescat. Hãc vocant scientificam syllogismorum doctrinam: qua nil ad scientias pernitiosius. Quod ille ipse videns, cauillatoriam aliam scripsit, vt ab illorum deceptionibus eriperemur. sic venenum bibendum dedit: postea alexipharmaco curare tentat, & ipse venenoso. Sed fortius est primum: proindéque vincit plurimùm, interimítque veritatem. Cui vt resistant posteri, quot commenti sunt conditiones? quot alias fallacias? quot volumina suppositionum, indissolubiliam, exponibiliũ, obligationum, reflexionũ, modalium? Vide quanta subtilitas, & scientia, quanta eius vis. Iam altera Circe Dialectica est: in asinos

Verbosior doctior est apud Dialecticos.

Syllogismorũ doctrina scientiis perniciosa.

Aristot. Elenchi.

Dialecticorum inuẽta vt sophismatis resistant.

Dialectica altera Circe.

asinos eos conuertit. Nil certius. Pontem struxêre in medio scientiæ suæ, quem asinorum pontem vocant. An non digni sunt auena, propter præclarum inuẽtum? Prope pontem iacent asini depicti, Circeas bibentes aquas: quibus inebriati, circa pontem perpetuò rudunt. Mihiq; ferè idem accidisset, ni Vlissis carminibus adiutus, incantantes vitassem pontis dominas Circeas syllogismorum figuras. Quid non cruciantur miseri asini illi pro fulcienda antiqua habitatione? Quibus modis Dialecticam suam Circem honorant, defendunt, laudant, depingunt: similes Aeneæ, qui sui oblitus, Italiæq; quam petebat, omnino immemor, effœminatus, & vecors, lasciua indutus clamyde, Didoni factus in mancipium, huic totus studebat, hanc colebat vnam: quousque à Mercurio monitus erubuit, cognouitq; apertis oculis se miserè illaqueatum esse: depositáque statim fœmina, virũ assumpsit, deinceps; magnæ orbis partis factus est dominus, Virtute duce, comite Fortuna. Atque ô vtinam Mercurius ego essem nostris Aeneis, vt relicta infirma, incantatricéque Dialectita, ad naturam se conuerterent: fierent forsan multi orbis domini;. At ipsi nunc adhuc cæci perpetuò magis se illaqueunt, ipsimet sibi laqueos parantes tot, vt nunquã legendi finem facias: quemadmodum nec ipsi vnquam scribendi finem faciunt, noua quotidie adaperta ruina: simili veteris alicuius ædificij, lapsumq; minantis ratione, aut in arena, instabilique loco, & ex fragili materia conditi, cui perpetuò supponendi postes, admouendi lapides, calx, similiáque, perpetuò eo hinc inde dehiscente. Sic continuò labante syllogistica doctrina, (quæ nullo modo consistere potest, frtuola, & inanis)

Dialectici similes Aeneæ.

Syllogistica doctrina continuò labitur.

inanis) continuò etiam laborant eius incolæ, & artifices, vt ruinam impediant. Atque hæc docent ad se venientes iuuenes: his confundunt eorum ingenia primùm: his eos exercent. Res autem quærat quicunque velit. Sicque per manus currit hæc pernities ab vno ad alium, ita vt tota vita nil scias. Sed dices forsan: quid ergo, vísne imperatoris modo quæcunque dixeris rata esse sine ratine, & probatione, quod alienum iudicant omnes? Nec id volo: sed ostendam posteà quomodo ratione, probationéque alia meliori, quàm hac syllogistica vti possis. Iuuenis ergo noster, quem ad scientiam promouebamus, in his difficultatibus quid faciat? Iisdem se inuoluere, vt & ante eum præceptores eius fecêre, idipsumq; eum docent: & ipse credit. Quid enim, non credat artificem qui ad discendam artem ad eum venit? Ergo qualis ille, talis hic: inscius ille, & hic quoque. Iam difficile admodum est semel ebibitum errorem vomere. Suppone tamen hùc iudicio fretum suo: & postquam sub hus longo tempore eorũ didicerit scientiam, viderítque dissensiones in opinionibus, sententiam ferre velle: quod vt rarum admodum inuentu, sic & scire cupienti vtilissimum, & omnino necessarium. Quantum id periculi habeat, anteà ostendimus. Nunc verò quantum difficultatis. Si rectè ipse iudicaturus sit, res de quibus inter eos lis est optimè consideret oportet: quod pauci faciũt. Pauci proinde sunt, qui quæ proferunt intelligant: qui tamen volumina implent aliorum laboribus: componunt authores, quos ipsi non intelligũt, proinde & sæpe malè: iudicant de eorum controuersiis, & id quoque malè. Intẽti enim solùm authoribus dissidentibus, ab aliisque mutuato

In libro, Modi scièdi, docebitur quomodo quid discutiatur sine syllogistica doctrina.

Difficile est semel ebibitum errorẽ vomere.

Qui rectè iudicare vult, rescõtempletur.

Quorundã ineptia.

tuato hinc inde auxilio, vt vtētes Arist. testimonio, & aliorum, ex horum dogmatibus alia inferētes, & ex his alia: sic contra hūc vel illū sententiā proferūt: nō ostēdentes, sic rē se habere: sed sic videri Aristot. sic illi, sic huic, sic colligi ex hoc theoremate, illóque. Quæ omnia forsan magis dubia sunt eo, de quo quæstio est. Si ipsi dū iudicium ferre stultè conantur de aliis, iudicādi ipsimet veniūt, imò & cōdemnādi. Quid enim ad rē, quòd hoc ille, vel hic dixerit? An propterea verum est? Non fieri potest. Omnium enim rerum principia essent athomi, aër, aqua, ignis, terra, materia, forma, priuatio, chaos, lis, amicitia, magnum, paruū, æther, vnum, numerus: quæ omnia à diuersis rerum principia iudicantur. Ergo verum dixit, non qui quod alter dixerit, sed qui quod res est dixit. Cur ergo nobis tam obstinatè hunc, illúm ve obiiciunt, queni negasse impium, hæreticúmque, vt ipsi dicunt, sit? Atque & ille ipse dixit, (quod fatui isti authoriductores non aduertunt, aut saltem fingunt se non aduertisse) Non propterea quòd quis affirmarit, vel negarit, sed quia in re sic, vel sic sit, propositio vera vel falsa est. Idem enim ipse olim expertus est in similibus fatuis, cùm Platoni aduersaretur, quod nos in his, cùm illi, & aliis. Quibus tamen responsum satis dixit hoc, quòd amicus erat Plato, sed magis amica veritas. Et alibi, Authoritas, inquit, ab extrà est, parum habēs momenti. Sed video quid ignaros hos tam obseruantes in præceptorem suam faciat. Nil sciunt extrà ipsum, omnia in isto, omnia ab isto: in re nihil vident. Proinde nō mirum, si, cùm non habeant aliud, quo vel asserant quod volunt, vel destruant quod tu vis, non mirē inquam,

Non quia aliquis dixerit, verū id est.

Verū dixit qui vt res habet, dixit. Aristot.

In Topicis.

Quid Dialecticos in Arist. obseruantes facit.

Docti non egẽt authoritatibus.

si ſtomachentur ſimplici, negatione victi. Docti autem cùm res in promptu habeant, quas negare non poſſunt ignari: niſi velint experiri an calidus ſit ignis, ſi negent: non egent authoritatibus. Res ergo contemplari oportet ei, qui aliquid ſcire velit, iuuenique proinde noſtro. ſed

In rebus contemplandis inultus labor.

an hoc facile? Heu! Nullibi tantus labor: nullibi tanta ambiguitas: nullibi tam pauca ſcientia. Vidiſti iam anteà quanta in rebus diuerſitas, quanta mutatio, quantam denique ſcire cupienti pariant difficultatem, inacceſſumq; videbisq; clariùs vbi res ipſas examinare aggreſſi fuerimus. Nunc verò proſequamur impedimenta ex parte diſcentis: ſicq; huius libelli finem faciemus. Duo

Duo inueniendæ veritatis media.

ſunt inueniendæ veritatis media miſeris humanis: quãdoquidem res per ſe ſcire non poſſunt, quas ſi intelligere, vt deberent, poſſent, nulli alio indigerent medio: ſed cùm hoc nequeant, adiumenta ignorantiæ ſuæ adinuenêre: quibus propterea nil magis ſciunt, perfectè ſaltem. ſed ali

Experimẽtũ ſine iudicio ſtare nequit.

quid percipiunt, diſcúntque. Ea verò ſunt experimentum, iudiciúmque. Quorum neutrum ſine alio ſtare rectè poteſt: quorúmque vtrumque quomodo habendum, adhibendúmque ſit, in libello huic proximo, quem indies parturimus, latiùs declarabimus. Interim vide ex hoc

Experimẽtum vbique fallax.

Nihil ſciri. Experimentum fallax vbique, difficiléque eſt: quod etſi perfectè habeatur, ſolùm quid extrinſecè fiat, oſtendit: naturas autem rerum nullo modo. Iudicium autem ſuper ea, quæ experimento comperta ſunt, fit: quod proinde & de externis ſolùm vtcumque fieri poteſt, & id adhuc malè: naturas autem rerum ex coniectura tantùm: quas quia ab experimento non habuit, nec ipſum quoque adipiſcitur, ſed quandoque contrarium

rium æſtimat. Vnde ergo ſcientia? Ex his nulla. At non ſunt alia. Atque nec hæc perfecta habere poteſt iuuenis noſter. Nam, (vt omittam multa rectè habendi experimenti impedimenta) quot experimenta habere poteſt iuuenis? Sat pauca. Quomodo ergo ſuper pauca rectè iudicium ferat? Nullo modo. Plura enim vidiſſe oportet, ante quàm rectè quis iudicet: imò omnia, vt initiò dicebamus: quando & omnia ſe inuicem tenent, nullúmque ſine alio ſtare poſſit. Quod in cauſa eſt, vt qui hodie id opinabatur, manè aliud iudicet: imò & quod nunquam putarat, fateatur. Quis enim ante cognitum magnetem, torpedinem, cheneidem, talem illis vim tribuiſſet? Omnem attractionem dicebas à calido, à ſicco, à vacuo, aut meliùs ob eius metum. Quid de illis? Quid de electro? An à quolibet horum? An putaſſes vnquam venenum veneno additum hominem non interfecturum, imò potiùs liberaturum? Minimè quidem, qui forſan ante experimentum aſſerebas, Quod vnum efficit, meliùs idem duo. Probat autem contrarium atrox apud Auſonium vxor: quæ virum veneno tollere conata, vt mortem citiùs acceleraret, præparatæ potioni hydrargirum admiſcuit: quo à morte liber ille euaſit. Teriaca etiam, & mithridatium ex venenis poſt experimentum compoſita, venenis obſiſtunt omnibus. Quis credidiſſet cicutã vino admixtam citiùs enecare, biliоſosque & calidos homines promptiùs quàm frigidos? Videbatur enim rationabile, vt à contraria qualitate potiùs impediretur eius actio. At contrarium experimento apparet. Meſſores etiam apud Gal.* piè facturos ſe credebant ſi vinũ*

Iuuenis perfectum experimentũ & iudicium habere non poteſt.

Ideò iuuenem ſapiẽtem difficile eſt inuenire. Empedocl. & Xenoph. dicebant apud Laërt. lib. 9.

Experimẽtum plura præter ſpẽ fateri cogit.

Non omnis attractio à calido, ſicco, vacuo.

Quod vnũ efficit, meliùs idẽ duo

Cicuta vino admixta citiùs enecat, & calidos homines citiùs frigidis. Gal. 3. ſimpli. & Plut. quomodo amicum ab adulatore diſcernas.

* Lib. de ſubfigurat. Empirica.

cui præfocata vipera fuerat, bibendum darent misero elephantico, è vita ea ratione abiaturos eum existimantes: quo contrà (mirum) ille à tam sæuo morbo liber euasit. Ancilla etiam elephantici domini, qui eam deperibat, initum exhorrens, ei vinum vipera infectũ obtulit, vt interficeret: quod vice versa sanitatem ei conciliauit. Dixiſsne tu? Minimè. Multa ergo experientia & doctum, & prudentem hominem facit. Inde fit vt senes doctiores sint, saltem ratione experimenti: rebúsque humanis propterea gerendis accommodatiores iuuenibus: à pluribúsque ea ratione gentibus maximo in honore habiti. Quibus, si etiam bonum adsit iudicium, meritò committi potest reipub. administratio. Vt ergo huic obuient incommodo homines, scilicet defectui experimenti, adinuenerunt scribendi rationem: vt quæ hic, illéue expertus sit tota vita, & variis locis, breui tempore alter discat. sicq; consultum est nostri sæculi hominibus, qui plurium vitas, acta, inuenta, expertáque pauca mora perlegentes, aliquid de suo insuper addunt: hísque alij: tum & de dubiis iudicium proferunt: itáque augetur ars: posteriorésque hac ratione comparantur puero in collo Gigantis existenti: nec immeritò. Sed vt hæc via ad humanas res gerendas aliquid emolumenti videtur habere: nil tamen magis scientias iuuat. Nam (vt omittam, libros non perpetuos esse, sicut nec & alias res, vt qui omnino extirpentur bello, igne, incuria, nouitate aliarum opinionum, tempore denique, & obliuione absumpti.) sequitur statim tota difficultas, quam suprà in scribentibus ostendimus. Confusi, breues, prolixi, tótque, vt si centena millium

Media experientia doctum & prudentem hominem facit.

Senes apti reipub. gubernandæ.

Scripturæ vtilitas.

Nouissimi sunt tanquã pueri in collo Gigantis.

Libri nil scienti. m iuuant.

millium centum viueres annorum, non sufficerent legendis omnibus: quique in pluribus mentiantur, sapissimè gloriæ causa, aut fulciendæ opinionis. Statimque sequitur de intelligendis eis quæstio, & quas nunc retulimus omnes. Ita vt dum aliquid scire quærimus, ad homines conuersi, & eorum scripta, naturam dimittimus, insipientésque fiamus. Sed ponamus experta ab illis verè referri. Quid prodest mihi, alterum hæc, aut illa expertum fuisse, nisi hæc eadem ego ipse experiar? Fidem parient mihi illa, non scientiam. Proinde & maior literatorum numerus his temporibus fidelis quidem est, non sciens: quippe qui ex libris quidquid habent hauriant, non adhibito iudicio, rerúmque experimento, vt decet: sed creditis his quæ scripta inuenit, hísque suppositis, aliis atque aliis illatis, malè iacto fundamento. Iuuenem ergo nostrum, si aliquid scire velit, perpetuò studere expedit, legere ea quæ ab omnibus dicta sunt, conferre experimento cum rebus vsque ad extremum vitæ terminum. Quo vitæ genere quid miserius? Quid infœlicius? At quid dixi vitæ genus? imò mortis genus est: vt superiùs dicebam. Quem ergo vis tam calamitosæ vitæ se submittere? Sunt tamen aliqui. Ex quibus sit iuuenis noster vnus. Hic quidē etsi optimè cōstitutus perfecta fruatur sanitate, statim marcesset: consumptísque studendo corporis viribus, pluribus conflictabitur morbis, aut morbosis affectionibus, grauedine, destilatione, arthritide, ventriculi imbecillitate, vnde cruditates, deiecta appetentia, lienteria, obstructiones, præcipuè lienis. Quid non patitur qui studiis incumbit? Moritur intempestiuè

Nil ad scientiam nostrā proſunt experta ab aliis.

Maior literatorum numerus fidelis est.

Studium morbi sequuntur, & intempestiua mors.

tandem. Hæc autem mentem perturbant, affecta eius præcipua ſede, cerebro ſcilicet: ſiue id per ſe primò, ſiue ab alio accidat. Quòd etſi his omnibus liberum demus iuuenem noſtrum: tamen melancholicus tandem fiet, quod quotidiana oſtendit experientia. An hi omnes rectè iudicare poſſunt? Non videtur. Bonus enim iudex omni affectione carere debet. Sed etſi omnibus hiccarere demus iuuenem noſtrum nunc, & in poſterum, (quod vix fieri poſſe exiſtimo) an propterea aliquid ſciet? Minimè quidem. Nam & in eo continua mutatio eſt, quemadmodum & in omnibus aliis rebus. Illa verò præcipua, ætatis ſcilicet: quum multùm differat iuuenis à perfecto viro, hic à ſene: & in quoque horum magna ſit etiã differentia principij, medij, finiſque. Qui nunc iuuenis hoc iudicat, verúmque credit, modicùm vir reuocat, probátque: quod idem forſan cùm ſenex eſt iterum tenet, & tuetur: aliàs aliter, ſibi nunquam conſtans. Nec vllus eſt qui ſi nunc opus aliquod edat, poſteà palinodiam non recantet, fateatúrque, ſi probus eſt, ſe deceptum fuiſſe cùm iuuenis eſſet. Qui autem hoc nollũt propter ignominiam, etſi videant falſum aſſeruiſſe, vel forſan non videntes, ſui amore obfuſcati, pertinaciter id defendunt, nihilq; non explorant, vt ſe ab ignorantia, aut falſitatis nota vindicent, maximo ſcientiarum incommodo: præcipuè ſi hi ſubtiles ſint. Nec eſt aliquis qui, ſi opus emittere in lucem non velit tam citò, illius monito qui in nouem annos aſſeruare iubet, etſi centum annis integris corrigat, nõ ſemper aliquid addat, demat, mutet, innouetq; ſic in æternũ facturus, ſi in æternũ ipſe quoque viueret. Vnde tãta varietas & inconſtantia?

Qui ſtudet melancholicus tandẽ fit.

Bonus iudex omni affectione carere debet.

Quotidie ſententiam mutamus.

Pertinacia ſciẽtiis inimiciſſima.

Ab ignorãtia ſanè. Nãque ſi perfectè ipſi ſciremus, quæ ſemel ſcribimus, nil poſteà eſſet immutandum. Qua ergo ætate meliùs ille iudicat? Dices, in ſenectute. At rationabilius videtur in ſtatu, in quo vigent omnia, quàm in ſenectute, in qua languent omnia, quæq; infantiæ comparatur: vnde illud, Maledicti pueri centum annorum. ſenésque propterea delirare communi dicuntur ſermone. Quid dices? Nec ipſemet ſcit quando verum dicat, quum modò hoc, modò illud: vtrobique tamen ſibi credi velit. Præter has autem corporis mutationes, impediunt etiam veritatis cognitionem animi affectiones. Diximus iam ſuprà in doctore. In diſcipulo non minus exiſtimandum eſt. Amor, odium, inuidia, & reliqua quæ ibi numerauimus, obſtant quo minus benè iudicet. Quis autem eſt tam ſui iuris, qui aliquo illorum non teneatur? Nullus. Quòd ſi reliqua omnia euadat, illud minimè euadet ſaltem, ſui ſcilicet amorem. Quis enim eſt qui non credat ſe verum dixiſſe, difficultatis nodum inueniſſe, imò & rem optimè intelligere? Vt omittam, quòd quiſque reliquis doctiorem ſe, acutiorem, perſpicatiorem, prudentiorem, ſapientiorem denique exiſtimat. An verè? Nemo, vulgus ait, rectus iudex eſt in propria cauſa. Quilibet autem propriam agit cauſam, dum vel verbo, vel ſcripto aliquid aſſerit. Nil ergo ſcimus. ſed do, (impoſsibile) omnibus his carere iudicem noſtrum. Nil magis ſciet in poſterum: quanquam communi feratur ſententia, perpetuò doctiores nos euadere. Contrarium enim omnino accidit iis, qui perfectè res cognoſcere ſtudent. Ego antequam res conſiderare cœpiſſem, doctior mihi videbar eſſe.

Ignorantia ſæpe cogit opinionem mutare.

Qua ætate meliùs iudicamus.

Animi pathemata veritatis cognitionem impediunt.

Nullus eſt qui aliqua affectione animi non teneatur.

Quiſque ſe doctu putat.

Nullus rectus iudex in propria re.

esse. Quæ enim à præceptoribus meis acceperam, firmè tenebam, perfectéque me scire credebam, nil aliud scire esse putans, quàm plura vidisse, audisse, memoriáque tenuisse. Iuxta hoc dictum hunc, vel illum iudicabam, vt & alij: totum proinde me, vt & alios facere videbam, huic scientiæ generi deuouebam, in hoc totus laborabam. Vt verò ad res me conuerti, tunc reiecta in totum priore fide, potiùs quàm scientia, eas examinare cœpi, ac si vnquam à quopiam dictum aliquid fuisset: quámque antcà scire mihi videbar, tam tunc ignorare, (contrario atque ille modo, qui vsque ad virilitatem omnia se ignorare dicebat, post hanc autem omnia scire) & indics magis: eóque vsque res ducta est, vt nil sciri videam, vel sciri posse sperem: quóque magis rem contemplor, magis dubito. Quid enim non dubitabo si naturas rerum percipere, noßéque non poßim? à quibus vera scientia esse debet. Etenim videre magnetem facile est: sed quid is est? cur trahit ferrum? Hoc esset scire, si nosse possemus. Tamen qui magis scientes se dicunt, ab occulta proprietate id fieri respondent, idque scire esse: cùm contrà verè nescire sit. Quid enim differt si dicas, hoc fit mihi occulta proprietate, aut, hoc nescio à quo, aut quomodo fiat? sic de pluribus alijs, quæ minutim suo loco videbis. Quòd si addas dubitationi de attractione ferri, illam, quomodo tactum ferrum ab eodem magnete secundum partem eam lapidis, quæ Septentrionem respiciebat in natali suo, Septentrionem versus semper vertatur: (quod nobis parua nauicula vniuersam circuire terram, certißimóque euentu inter medios fluctus cognoscere VB. quod occupamus, portúsq; infalli-

Ille vacht. vide Laërt. lib. 9. de vit. Philosoph.

Dicere à priori fieri occulta aliquid fieri, est ignorantiam dategere.

Magnes naturalio de dirigit.

infallibili vtilitate, vtiliq; infallibilitate legere monstrauit) ad eámque magnetis partẽ, à qua tactum fuit, semper deuoluatur: contrariam autem fugiat. Quomodo non solùm annulum vnum, aut acum vnam trahat, sed vis etiã per annulos, & acus transmissa vsque ad plures diffundatur, quos omnes in aëre suspendat. Si denique, quare inunctus allio omnino langueat, trahendíque vim amittat: cogeris cedere manus. Quod doctissimus quidam ex recentioribus facit Scalig. *etiam inuitus: inscitiam nostram, non solùm vbi de hoc agit magnete, sed & pluries alibi meritò accusans. Iudex itaque noster quid hîc agat, etsi per centenos centum viuat annos? pauca experietur, illáque malè: peiùs iudicabit de his: nil omnino sciet. Sed etsi plura videret, non tamen omnia posset, quod necesse est verè scienti. Illáque etiam plura in dubium veniret an optimè expertus esset. Si enim consulat alios de iisdem rebus authores differentes, aliud atque aliud expertos inueniet: quódque hic se expertum dicit, alter impossibile esse contendit, illúmque in experientia deceptum esse pluribus rationibus hinc inde petitis ostendere conatur. Sic quomodo rectè de obscuris iudicabit, iisq; quæ sensu nullo modo captari possunt, qui de his quæ sensui obiiciũtur, aut per eum cognosci debent, dubius est? Quòd si extra authores ad populum accedas, mirum quanta varietas: nusquam concordia: omnino aduersantur in pluribus iis quæ in scientiis traduntur. sed, dices, hos ignaros esse, res non perpendere, neque posse, crassos scilicet. At communiter dicitur, Vox populi, vox Dei: dissícileque est intelligere, totum populũ decipi: Philosophum vnum*

Doctores etiam circa experimẽta dissentiunt.

Vulgus vt plurimum doctoribus aduersatur.

Vox populi vox Dei.

verum dicere: præcipuè si de rebus quæ in experientia potiùs consistunt, quàm iudicio, quæstio sit. Plura siquidem sunt in quibus illis credendum est: vt in agricultura, nauigatione, mercimoniis aliunde aduectis: cuilibet denique in arte sua excellenti. Nam & illud communi fertur voce, Doctior est quilibet, ignarus licèt, in arte sua, quàm sapiens in aliena. Si ergo iudicium ferre velis inter hos, Philosophósque, cùm videas difficultates quæ ab vtrorúmque opinionibus sequantur, noui quid excogitabis, (quod cõmuniter fit: nouarum enim rerum cupidi sumus) idq; omnino verum esse asseres, alia omnia falsa. Alius identidem idem facit: sicq; ferè omnes. Quis verum dixit? Te senem iam, dices, expertúmque pluries. At vt quidem fatear paucos esse qui rem attingant, sic illud quoque durum videtur, tantam multitudinem decipi, te solum verum dicere. Quid enim tu supra alios habes? Insuper, quæ longo tempore à pluribus habita sunt, confirmatáque, maius in veritate videntur habere fundamentum, quàm quæ tu nunc profers noua. Et tamen, dices, plures sunt errores qui longo durant tempore incogniti. Verum. At ego contrà: plura sunt vera longo tempore cognita, quæ tandem occultantur: illis scilicet erroribus in medium adductis, adauctisque. Quid dicemus de opinione tua noua? Vtrumque esse potest. Quod illud? Nescimus. Quòd si dicas antiquam esse etiam opinionem tuam, eo dicto, quòd Nihil dictum quin dictum priùs: ostendásque veteres aliquos ante te idem quod tu nunc dixisse: qui errorem tuetur idem dicet. Nulla enim est tam stulta opinio, quæ fautores non habeat. Hæc omnia contra me etiam

Doctior est quilibet in arte sua, quocũque sapiente in aliena.

Noua appetimus.

Pauci sunt qui verum tangant.

Quæ diu vsitata sunt, magnum in veritate videntur fundamentum habere.

Nil dictum quin dictũ prius.

Nulla est adeo stulta opinio, quæ fautores nõ habeat.

etiam pugnant, qui, nil ſciri, probare contendo: cùm nunc omnes alij aliter opinentur. Sunt tamen nihilominus pro me: cùm ex hoc manifeſtè colligatur, nil ſciri. Scientia enim per te certa, infallibilis, æternaq; eſſe debet. Quid ergo iudicabit de his miſer ſenex, quantumcúmque eum expertum fingas? Nil certi. Atque hucuſque definitionis noſtræ partes duæ explanatæ videntur, res ſcilicet, & cognoſcens. Erat autem alia, perfectè. Nec enim quælibet cognitio ſcientia eſt: niſi velis omnes ſcientes eſſe, tam doctos, quàm indoctos, & belluas etiam. Et quòd perfecta eſſe debeat cognitio ſcientia, nulli dubium: quæ autem illa ſit, vbi, & in quo, maximum. Sicut & alia, hoc etiam ignoratur. Forſan nullibi eſt: & hoc magis rationale. Diximus partim ſuprà: Perfecta cognitio perfectum requirit cognoſcentem, debitéque diſpoſitam rem cognoſcendam: quæ duo nuſquam vidi. Si vidiſti tu, ſcribe mihi. Nec hoc ſolùm: ſed an videris perfectum quid in natura. Illud autem requiri vidiſti iam ſuprà, nec proinde neceſſe eſt hîc repetere. Hicq; videtur expoſita definitio noſtra, ſubindeq; oſtenſum, quòd nihil ſcitur. Reliquas huius rei probationes latiùs videbis in proceſſu operum noſtrorum, vbi id ſemper obiter monſtrabimus: ſiquidem iam ſe extendiſſe plus ſatis videtur oratio, cui propterea finem demus. Ergo vidiſti difficultates quæ ſcientiam nobis adimunt. Scio, plura forſan non placebunt ex his quæ hîc dixi: ſed nec, dices, demonſtraui nil ſciri. Saltem quantum potui clarè, fideliter, & vcrè, quid ſentirem expoſui. Nec enim quod in aliis ego damno, ipſe committere volui: vt rationibus à longè petitis, obſcuriori-

In natura nil perfectum.

bus, & magis forsun quæsito dubiis, intentum probarem. Mihi namque in animo est firmam, & facilem quantum possim scientiam fundare: non verò chimæris & fictionibus à rei veritate alienis, quæq; ad ostendendam solùm scribentis ingenij subtilitatem, non ad docendas res comparatæ sunt, plenam. Nam nec mihi desunt subtilitates, ingenioſáque figmenta, quemadmodum & aliis: & si his contentus esset animus, plures illis habeo. Sed cùm hæ à rebus multùm separentur, remoueantúrque, animum potiùs decipiunt, quàm informent, & in ficta à veris transferunt. Hoc ego non scientiam voco: sed impostúram, somnium, simile his quæ ab agyrtis & circulatoribus fiunt. Tuum nunc erit iudicare de his: quæq; bona videbuntur, amico corde excipere: quæ secus, non hostiliter lacerare: impium enim esset prodesse conanti plagas infligere. Exerce te. Si aliquid scis, doce me: gratias enim habebo tibi plures. Interim nos ad res examinandas accingentes, an aliquid sciatur, & quomodo, libello alio præponemus: quo methodum sciendi, quantum fragilitas humana patitur, exponemus. VALE.

Quæ docentur non plus habent virium,
quàm ab eo qui docetur
accipiunt.

OVID.

FINIS.